40.

Doc. Dr. Jan Obenberger, Praha.

SPHENOPTERINORUM REVISIONIS PRODROMUS II. DE SUBGENERE SPHENOPTERA SOL. S. STR. (COL. BUPRESTIDAE).

REVISE PODRODU SPHENOPTERA SOL. S. STR. (COL. BUPRESTIDAE).

Dom. A. Semenov Thian-Shanskij, magno Rossiae zoologo, de entomologia quam optime merito, animo grato amicissime dedicatum.

V této práci předkládám v podrobnější formě další část svých studií o rodu Sphenoptera. Za předmět svých pozorování obral jsem si v této stati vlastní podrod Sphenoptera s. str. Podrod tento vyznačuje se zavalitým tělem, krátkými, k pobytu na zemi (při kořenech rostlin) schopnými nohami, silně chitinosní pokrývkou těla, holeněmi krátce oválného nebo kulatého průřezu, konci krovek zaokrouhlenými, zřídka, při švu malým zoubkem opatřenými, silnými, na spodní straně podélně ve žlábku vyhloubenými chodidly a klenutým povrchem těla.

Podrod tento je domovem téměř výhradně ve stepních krajích palaearktické oblasti a to převážně v její střední a východní části, hlavně v širších oblastech střední Asie, odkudž téměř každá expedice přivezla nějaké nové, vzácné druhy. O způsobu života druhů tohoto podrodu máme v literatuře jen málo zmínek: všichni autoři shodují se v tom, že druhy tyto vyhledávají stanoviska suchá, ba vyprahlá, kde nacházejí se jednak za vedra na květech, ale daleko hojněji, vytrháváme-li některé rostliny, na jich kořenech. Tak v. Bodemeyer nalézal celé řady vzácných těchto druhů na kořenech rodu Onobrychis v Malé Asii.

Studium rodu Sphenoptera je značně ztíženo tou okolností, že většina druhů sem spadajících a tak zvláště i skoro všechny druhy podrodu Sphenoptera s. str. jsou známy v ojedinělých exemplárech a patří k největším vzácnostem vůbec. Ačkoliv moje sbírka Sphenopter, tvořící část mých sbírek krasců a koleopter vůbec, věnovaných mnou Národnímu Museu, jest dnes snad největší na světě, přece, bohužel, celá řada druhů, hlavně ze středoasijských expedic pocházejících a Jakovlevem popsaných, zůstala mi »in natura« neznámou, takže musil jsem druhy tyto zařaditi v klíči jen dle diagnos, jež ovšem Jakovlev sestavoval s velkou pečlivostí a zevrubností. Rod Sphenoptera má celou řadu subgener a mezi těmito podrod Sphenoptera s. str. je nejobtížnějším. Od celé řady druhů známe jen ojediněné kusy jednoho pohlaví a tak nelze se diviti, že dosud vůbec nikdo si netroufal na tabelární analytické zpracování této nesmírně těžké skupiny. Prvý klíč k podrodu Sphenoptera s. str., jejž zahrnoval pod souborným názvem »*Bronzés*« podal de Marseul ve své Monographie des Buprestides (l'Abeille, II., 1865)). Od té doby až do dneška, to jest přes šelesát let, nikdo neodvážil se analysy této skupiny. Ovšem jest zde pokus Kerremansův z roku 1914, kdy tento autor podal ve své »Monographie des Buprestides, Tome VI.« jakýsi klíč všech Sphenopter a tedy i druhů, obsažených v této stati, ale bohužel, tato jeho práce je tak divně bezcenná, že přecházím ji mlčením a nebéřu na ni ohledu vůbec, zvláště proto, že právě analysa podrodu tohoto jest v ní podána pod jakoukoliv kritiku.

Druhy sem patřící jsou velmi obtížné také pro mnohonásobnou vzájemnou podobnost a těžkou slovní vyjádřitelnost některých, jinak na materiále

hned nápadných znaků. Různé nuance v zaokrouhlení štítu, krovek atd. jsou zajisté stejně konstantní, jako těžko slovy — ba i výkresem — definovatelny. Proto pokusil jsem se většinou vyhnouti se podobným znakům a používám jich až ve druhé řadě. Tam, kde obávám se možnosti nesprávného výkladu některých thesí, opakuji raději podobný obtížný druh na více místech.

Znaky a rozdělení druhů vysvitne nejlépe nahlédnutím do klíče sama. A tu chci se o jedné věci zmíniti. Pátral jsem dlouho, jak asi zvěčnělý badatel B. Jakovlev si představoval základní rozdělení Sphenopter s. str. Soubornější práce nepodal a tak byl jsem odkázán jen na jeho kusé poznámky, jež přičinil k několika svým druhům. Z několika těchto údajů vysvítá, že představoval si tento autor jednu skupinu co »skupina druhu glabrata Mén.«, jinou co »semistriata Pall.« atd. a jako hlavního kriteria (jak aspoň z kusých narážek možno odvoditi) hodlal použíti především okolnosti, zda krovky po stranách jsou zcela nebo jen do poloviny lemovány a dále zda prvý článek zadních tarsů rovná se délkou poslednímu nebo zda rovná se délkou oběma posledním spojeným článkům. A tu jsem shledal, že obě možnosti existují skoro u každého druhu: jedna skupina jsou totiž ♂♂, druhá ♀♀! Když autor tak seriosní, jako B. Jakovlev byl, podlehl tomuto základnímu omylu, tu možno si učiniti představu o obtížích, které se zde vyskytují. Střední Asie chová ještě mnoho a mnoho forem nových, jistě i lokálních a tak práce tato nemůže jistě činiti nároků na úplnost naprostou, ač obsahuje veškeré druhy tohoto podrodu do dnes známé. K disposici ke studiu měl jsem materiály mimořádně bohaté a vzácné, celou řadu typů i cotypů mohl jsem studovati přímo a to i od druhů velmi málo známých a studoval jsem sbírky a materiály, jež mi byly k revisi zaslány více než dvaceti musey a ústavy zahraničními. Práce tato jest tudíž jakýmsi úvodem k obsáhlé monografii tohoto rodu, kterou už po leta připravuji.

* *
*

Generis Sphenoptera Sol. subgenus Sphenoptera s. str. maxime difficile est. Patria huius subgeneris fere totaliter est regio palaearctia; species valde copiosae praecipue in regionibus desertis Asiae centralis, in localitatibus aridis atque maxime calidis inveniuntur. Specierum permultarum hic adnotatarum typos vel exemplaria originalia (cotypos, paratypos) observare potui atque specimina numerosissima subgeneris huius vidi. Tamen pars nunquam minima specierum notarum mihi in natura ignota mansit atque species istas solum e descriptione vel diagnosa originali in tabellas analyticas locavi.

Subgenus Sphenoptera s. str. omnium maxime difficile est atque a tempore dom. Marseul (1865) nullo modo in litteris tractatum — tractatio subgeneris huius in Monographia dom. Kerremans (1914) maxime erronea atque sine ullo valore mihi esse videtur atque illa hic nullo loco usus sum.

Quo modo species affinitatis S. glabratae vel semistriatae Dom. B. Jakovlev dividere voluerit, nullo modo invenire potui, sed ex adnotationibus brevibus in speciebus istius auctoris describendis tamen vestigium divisionis talis invenisse credo.

Dom. B. Jakovlev caracteres duo tales invenit:

1. Apud species huius gregis margo elytrorum est: a) aut totaliter marginatus, b) aut solum usque ad medium carinatus et marginatus, dein apicem versus immarginatus.

2. Formae multae sunt: a) aut articulo basali tarsorum posteriorum atque illo ultimo longitudine aequali, b) aut articulo basali tarsorum posteriorum longitudine illos duo ultimos unitos attingente.

Sed characteres hic valoris maxime dubiosi sunt.: specimina elytris solum usque ad medum solum marginatis et articulo basali tarsorum posteriorum longo sunt enim ♂♂, specimina elytris lateraliter totaliter marginatis et basali tarsorum posteriorum articulo illo ultimo aequali sunt ♀♀!

In tabella analytica sequenti species nonnullas difficiles vel dubiosas pluribus locis inveniuntur, eademque de re characteribus bene visibilibus atque minus variabilibus in sectionibus dividendis usus sum.

Species permultae subgeneris huius solum in territorio parvo atque saepe valde restricto, delimitatae sunt itaque species satis etiam numerosae certe in Asia praecipue centrali, orientali, in regione Iranica etc. invenientur.

Adnotationes morphologicae:

1. Punctura generalis. His verbis puncturam illam maiorem superficiei corporis denomino.

2. Punctura fundamentalis. Haec est sculptura illa fere microscopica, e punctis subtilissimis regularibus composita, superficiem tegens. Punctura haec semper cum illa generali occurit atque relatio reciproca utriusque magni valoris systematici est.

3. Antennae. Antennarum articulorum primorum quattuor basalium dimensiones reciprocae valoris systematici maximi sunt. III = IV significat: articulo tertio et quarto longitudine aequali; III > IV significat: articulo tertio illo quarto longiore.

4. Reliephi frontis. Quia valde variabiles atque saepissime parum distinctes, in tabella componenda saepe omisi sunt.

5. Thorax. Carina lateralis forma apud species diversas variat. Quae vel recta, vel subsinuata, vel brevior, vel longa, basi est saepissime paullo deflexa.

6. Metasternum apud species multas subcanaliculatum est.

7. Sternitum basale apud species plures subcanaliculatum vel sulcatum est — signum hoc apud species minores (uti hypocrita Mann. etc.) solum parum distinctum, uti it possibile fuerit, e tabella mea eliminatum est.

8. Sternitum anale apud species plurimas ♂♂ apice late subtruncato rotundatum, apud ♀♀ angustius rotundatum est. Apud species minus copiosas ♂♂ apice sinu levi minuto emarginato notatum est.

9. Tibiae anteriores et intermediae ♂♂ sunt valde curvatae — illae posteriores ♂♂ sunt rectae vel potius concavo, leviter curvatae atque in parte praeapicali interna calcare subspiniformi plus vel minus distincto saepe munitae. Forma haec tibiorum maximi est valoris systematici.

*

Adnotatio. In opusculo hoc species 224 cum subspeciebus vel varietatibus 47 notatae sunt, quorum ego hic formas hucusque ignotas 106 describo.

Subgenus Sphenoptera Solier s. str. *)

1 (606) Species abdomine integro, scilicet abdominis segmentis lateralibus in angulis anticis plagis subelevatis glabris niridioribus distinctiorbus nullis.

---

*) In conspectu specierum praesente species **curta** B. Jak., **subcostata** Muls. atque illa **vittaticollis** Lucas latent, quae spcies tres in subgenus **Deudora** B. Jak. pertineant. Illa **subchalybaea** Kerr., a dom. Jakobson uti **Sphenoptera** s. str. notata eadem est uti **Deudora tibialis** B. Jak. Etiam illamincerta **exarata** Fisch. (non Steven, non C. G.) latent.

2 (315) Thorace aequali, regulariter transversim convexo, impressionibus lateralibus distinctioribus nullis, impressione media nulla vel mediocri, solum rarius (in *S. Dejeani* Zubk.) magis manifesta. Parte thoracis antescutellari vel integra, vel rotundatim satis leviter depressiuscula.

3 (298) Thorace antice stria subtili, sed distincta totaliter (= etiam in medio!) marginato.

4 (297) Processu prosternali normali, apice foveola nulla profunda notato, parallelo, apice simpliciter rotundato vel acuminato.

5 (292) Antennarum articulo secundo illo tertio semper minore (II<III).

6 (289) Thorace medio sulco subtili vel nullo modo impresso, impressione latiore subanchorali antescutellari nulla, superficie corporis haud alutacea, haud sericeomicante, potius nitidiore. Sternito basali medio canaliculato, solum raro medio integro.

7 (66) Abdomine nigro vel piceo, etiam lateraliter sine ullo vestigio nitoris metallici. Partibus lateralibus pro- meso- metathoracalibus nigris, haud metallescentibus.

8 (11) Corporis parte superiori (a latere observata) valde convexa, ad anticem et ad apicem valde declivi, corporis linea inferiori recta. Thorace in parte laterali posteriori vage, late depressiusculo.

9 (10) Corpore supra et subtus nigro, sine ullo nitore metallico.

1. **Sph. Kulpensis** m. n. sp. (1).

Hab.: Armenia rossica: Kulp; 1901, Korb legit. Long.: 17·5—20·5, lat.: 6—8 mm.

Species robusta, ad apicem valde attenuata, subnavicularis, supra (a latere visa) valde convexa atque ad anticem et ad apicem valde declivis, parte media (scutellari) corporis depressiuscula, nigropicea, nitida, punctatura fundamentali subtilissima, densa, illa generali in capite, thorace atque elytris satis subtili, satis densa. Capite convexo, plagulis mediis nullis, carinis supraantennalibus satis indistinctis, brevibus, antennis brevibus, nigris, articulo tertio illo secundo fere duplo, illo quarto distincte longiori. Thorace antice distincte striatim marginato, solum leviter bisinuato, longitudine circiter 1¾ latiore, in basi summum latitudinis attingente, ad anticem usque ad medium solum leviter, dein fortius rotundatim attenuato, fovea antescutellari minuta vel absente, sulco medio nullo, superficie aequali, sed versus angulos laterales posticos late et superficialiter subdepressa, leviter deplanata. Carina laterali recta, postice haud deflexa, usque ad ¾ anteriores distincta. Scutello magno transversali. Elytris in basi summum latitudinis attingentibus, latitudine fere 2½ longioribus, usque iam a basi longe curvatim attenuatis, navicularibus, apice suboblique, fere conjunctim, satis tenuiter attenuatis et rotundatis, leviter, regulariter transverse subvariolosis, tenuiter (haud profunde) striatis, striis e lineolis tenuibus compositis, interstitiis nullo modo elevatis, aequalibus. Corpore subtus pedibusque nigris, abdomine lateraliter tenuiter pilosomarginato. Processu prosternali plano, sparse punctato, lato, lateraliter stria satis perfecta notato. Sternito basali medio canaliculato, abdomine satis leviter nitido, punctura generali sparsa et subtili, punctura fundamentali microscopica.

♀ Tibiis anticis rectis, tarsorum porteriorum articulo basali longitudine illum articulum ultimum haud superante. Elytris lateraliter usque fere ad apicem marginatis.

♂ Tibiis anticis curvatis, tarsorum posteriorum articulo basali illos IV. et V. unitos longitudine adaequanti. Elytris lateraliter solum usque ad medium longitudinis marginatis.

Speciei huius dom. Korb specimina satis copiosa ex *Armenia rossica* attulit.

10 (9) Corpore supra obscure aeneocupreo, metallico. Corpore subtus nigro.

Hic forma sola nova:

1a. **Sph. kulpensis var. korbiana** m. n. var. (2).

11 (8) Corpore (a latere viso) supra minus convexo, parte inferiori convexiore. Elytris in parte basali plus vel minus parallelis. Thorace lateraliter nullo modo planatim depressiusculo, semper regulariter transverse convexo. Si elytris navicularibus, tunc corporis dimensionibus semper minoribus atque dein superficie elytrorum nullo modo subvariolosa.

12 (43) Corpore robustiore, crassiore, maiore (minimum longitudinis = 14·5 mm). Species magnae, saepe incrassatae, formae speciei glabrata Mén.

13 (14) Corporis superioris colore viridiaeneo, nitido. Elongatula, satis convexa, abdomine lateraliter pilosomarginato, thorace longitudine fere duplo latiore, subparallelo, medio sulculo haud distincto longitudinali notato, elytris apice conjunctim rotundatis, regulariter striatis, striis e punctis rotundatis compositis. Processu prosternali lateraliter striatim submarginato. Long. 16·5, lat. 6·5 mm. Caucasus: Noukha.

2. **S. speciosa** B. Jak.

14 (13) Corpore supra nigro vel aeneo cupreo, obscuro, nec umquam virescente. *)

15 (42) Unguiculis tarsalibus nigris, haud translucidis nec umquam transparentibus.

16 (21) Maior, robustior lateraliter minus parallela, ad anticem et praecipue ad apicem valde declivis, scutello maiore, latiore, elytris magis navicularibus, abdomine nitidiore, thorace lateraliter magis rotundato. Tertio articulo antennarum illo secundo duplo longiore.

17 (20) Sculptura seriali elytrorum distincta.

18 (19) Corpore supra et subtus nigro, piceo. Long. 19—22, lat. 6·5—8 mm, Caucasus, Armenia rossica.

3. **Sph. glabrata** Mén.

19 (18) Corpore supra metallico. Hic varietas sola nova:

3a. **Sph. glabrata var. Irene** m. n. var. (3).

Hab.: Armenia rossica: Kulp. Caucasus: Tiflis.

A typo corporis superioris colore cupreoaeneo, metallico differens.

20 (17) Sculptura seriali elytrorum obliterata. Hic varietas sola nova:

3b. **Sph. glabrata var. perglabra** m. n. var. (4).

Hab.: Armenia rossica: Kulp.

A typo sculptura elytrorum seriali indistincta, solum medio antice medius indicata, elytris glabrioribus differt.

21 (16) Magis cylindracea, magis parallela, praecipue elytris magis parallelis, versus apicem solum modice attenuatis, scutello minore, thorace in parte basali magis parallelo.

22 (33) Corpore supra nigro, sine ullo nitore metallico.

23 (24) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo vel fere duplo longiore. Striis elytrorum regularibus, e punctis rotundis parvis compositis.

---

*) Apud species sequentes multas ♂♂ sunt semper margine laterali elytrorum brevi et tarsorum posteriorum articulo basali illos IV et V iunctos adaequante, ♀♀ margine laterali elytrorum usque fere ar apicem prolongato et articulo basali tarsorum posteriorum solum illum ultimum longitudine adaequante. Itaque characteres hic ambo ad sectiones subgeneris luius formandas, uti B. Jakovlev voluerit, nullo modo apti sunt.

Coxis posticis in tertia parte interna leviter sinuatis. Abdomine in parte media subtiliter punctato. Articulo basali tarsorum posteriorum ♂ illo articulo ultimo fere duplo longiore, articulo basali ♀ illo ultimo haud longiore, sternito basali ♂ (an semper??) canaliculato, apud ♀♀ integro, sulco medio nullo. Long.: 15·5—18, lat.: 5·5—6·8 mm. Turcomania: Kopet Dagh. Askhabad.

4. **S. morosa** B. Jak.

Ad hanc speciem varietas sequens nova pertinet:

4a. **Sph. morosa var. parachalcea** m. n. var. (5).

Hab.: Askhabad.

A typo colore partis corporis superioris obscure aeneo differt.

24 (23) Sternito basali in utroque sexu canaliculato. Abdomine multo fortius et densius punctato. Species caucasicae et Asiae Minoris.

25 (28) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Sculptura elytrorum sine ullis rugositatibus transversis, e punctis subtilibus, aequalibus, satis densis composita. Long.: 16—18·5, lat.: 6—7 mm. Persia, Caucasus, Rossia meridionalis.

26 (27) Sculptura elytrorum subtili, minuta.

5. **S. morio** B. Jak.

27 (26) Sculptura elytrorum seriali forti. Persia.

5a. **S. morio ssp. semistriata** Pal.

28 (25) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore, antennis robustioribus.

29 (32) Maior, robustior, punctura fundamentali thoracis et elytrorum distinctiore. Minus nitida. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ illis IV. et V. unitos distincte longitudine adaequante.

30 (31) Elytris seriatim sculptis, seriebus e lineolis brevibus compositis, interstitiis transversim subrugatulis vel subvariolosis; corpore saepe robusto. Caucasus: Elisabetpol, Tiflis, Talyš, montes Armeniae, etc. (= *clauda* Mars.) Long.: 18—22, lat.: 7—8 mm.

6. **S. rugulosa** Fald.

31 (30) Elytris uti apud illam semistriatam Pall. sculptis. Hic forma nova sola:

6a. **Sph. rugulosa ssp. radicigena** m. n. ssp. (6).

Hab.: Armenia rossica.

A typo corpore minore, minus robusto, sculptura seriali elytrorum valde distincta, e punctis mediocribus impressis composita differens.

32 (29) Minor, nitidior, punctura fundamentali thoracis et elytrorum minus distincta. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ longitudine illum articulum ultimum haud superante. Hic species sola nova:

7. **Sph. cilicica** m. n. sp. (7)

Hab.: Cilicia. Long.: 15·5, lat.: 5·4 mm.

Corporis forma nonnullis exemplaribus parvis speciei morio B. Jak. haud diffinis, sed minor, convexior, nitidior. Corpore nigro. Capite lato, satis convexo, plagulis frontalibus indistinctis, fronte parallela, spatio interoculari frontis longitudine circiter 1½ latiore, oculis ovalibus, margine postico recto, latitudine duplo longioribus. Antennis nigris, articulo III° illo II° circiter 1½ longiore, articulo IV° illo II° distincte longiore; thorace aequaliter convexo, depressionibus lateralibus vel media nullis, longitudine circiter $1^3/_5$ latiore, a basi usque ad medium parallelo, dein ad anticem leviter rotundatim attenuato, margine anteriori totaliter, subtiliter marginato, leviter bisinuato, carina laterali recta, postice haud deflexa, usque ad quartam partem anteriorem thoracis producta. Thorace in fundamento nitido, punctura fundamentali

subtilissima, sed distincta, densa, punctura generali in medio subtili et sparsa, lateraliter densiore et multo fortiore, leviter coriacea. Scutello transverso, longitudine duplo latiore. Elytris thorace paullo latioribus, usque post medium parallelis, dein versus apicem longe rotundatim attenuatis, apice fere conjunctim rotundato. Elytris lateraliter usque solum ad medium marginatis (♂) *), seriatopuntatis, punctis his recte instar lineolarum, sparsis, haud profundis, interstitiis nullo modo elevatis, aequalibus; processu prosternali lato, sparse punctato, immarginato, mesosterno medio leviter canaliculato,, sternito basali medio distincte sulcato, abdomine satis dense, etiam medio, haud fortiter strigatim punctato, lateraliter plagulis nullis, leviter pilosomarginato, coxis posticis in tertia parte interna sinu nullo, sinu epimerali leviter indicato. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ illo articulo ultimo solum haud longiore, illis duobus articulis ultimis iunctis distincte breviore.

Species haec corporis forma et aspectu generali illae morosae B. Jak. similis, sed ab illa iam elytris brevioribus, tibiis brevioribus, articulo tertio antennarum breviore etc. valde divergens. Ab illa Rambouseki m., cui forma valde affinis, iam unguiculis tarsalibus nigris diversa.

33 (22) Corpore supra obscure cupreo vel brunneo aeneo.

34 (39) Thorace versus basim distincte rotudatim attenuato. Elytris haud rugulosos.

35 (36) Sculptura elytrorum et superficiei subtilissima, corpore multo nitidiore. Segmento basali abdominali medio saepissime haud vel leviter canaliculato. Abdomine subtiliter, sparsius punctato, multo nitidiore. Turcomania. Vide:

4a. **Sph. morosa var. parachalcea** m. n. var.

36 (35) Sculptura superficiei minus subtili, punctorum seriebus elytrorum magis impressis. Sternito basali distincte longitudinaliter canaliculato. Abdomine densius, magis strigose, fortius punctato. Corpore supra et subtus minus nitido. Caucasus.

37 (38) Thorace versus basim fortius attenuato, lateribus thoracis multo fortius rotundatis. Sculptura elytrorum magis impressa, striis lateralibus in parte humerali leviter subcanaliculatis, tibiarum porteriorum carina externa sparsius setosa, scutello minus lato, oculis desuper minus visibilibus, brevioribus. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ angustiore. Coxis posterioribus in tertia parte interna leviter sinuatis. Elytris longioribus. Abdomine fortius, densius punctato. Sternito anali ♂ magis rotundato. Tertio articulo antennarum illo secundo haud duplo longiore. Long. 21, lat. 6·7 mm.

8. **S. Prometheus** Obenb.

38 (37) Thorace versus basim solum leviter attenuato, lateribus thoracis multo levius rotundatis, sculptura elytrorum minus impressa, striis lateralibus nullo modo sulciformibus, tibiis posterioribus externe multo densius setosis. scutello latiore, oculis desuper magis visibilibus, longioribus. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ latiore. Coxis posterioribus in tertia parte interna nullo modo sinuatis. Elytris brevioribus. Abdomine sparsius, minus fortiter punctato. Sternito anali ♂ apice subtruncato. Tertio articulo antennarum illo secundo duplo longiore.

5b. **S. morio var. sordida** B. Jak.

39 (34) Thorace versus basim nullo modo attenuato, in parte basali parallelo; elytris plus vel minus distincte transverse subrugulosis. Caucasus, Armenia.

———

*) Apud ♀ ignotam verisimiliter totaliter marginatis.

40 (41) Thorace latiore, forma robustiore. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Illae glabrata var. Irenem. haud diffinis, sed brevior, magis cuneiformis, versus apicem minus attenuata, thorace antice fere simpliciter (haud bisinuatim) emarginato; sculptura elytrali subtili, superficiali. Armenia. Long.: 20, la.t: 7·5 mm.

9. **S. armena** Steven.

41 (40) Thorace minus lato, forma minus robusta: multo nitidior, fortius sculpta. Antennarum articulo tertio illo secundo solum circiter 1½ longiore. Caucasus. Long.: 18—22, lat.: 7—8 mm.

6b. **S. rugulosa var. cribrata** Fald.

42 (15) Unguiculis tarsalibus translucidis, brunneis, transparentibus.

10. **Sph. Rambouseki** m. n. sp. (8).

Hab.: Persia: Ala Dagh, Budshnurd, 1033 m. 5. 1902. Coll. Hauser. Long.: 15, lat.: 5·6 mm.

Elongata, glabra, satis convexa, nigra, nitidissima, in tertia parte anteriori elytrorum summum latitudinis corporis attingente. Capite satis convexo, medio leviter depressiusculo, plagis distinctis nullis. Antennarum articulo tertio gracili, illo secundo duplo longiore. Parte parallela interoculari frontis longitudine circiter 1¾ latiori, frontis punctura generali (maiore) sparsa et satis forti, punctura fundamentali subtilissima, sed in capite et in thorace distincta; thorace longitudine circiter $1^3/_5$ latiore, antice valde bisinuato et totaliter marginato, usque ad medium longitudinis parallelo, dein ad anticem satis fortiter rotundatim attenuato, ante angulis basalibus lateraliter leviter depressiusculo, fovea parva rotunda antescutellari, linea impressa media nulla, punctura generali medio sparsa et subtili, lateraliter parum densiore et leviter fortiore, carina thoracis laterali usque ad quintam partem anteriorem producta, leviter sinuata, in angulo postico leviter deflexa; scutello transverso, longitudine duplo latiore. Elytris latitudine circiter $2^1/_5$ longioribus, in tertia parte basali parallelis, dein ad apicem longe curvatim attenuatis, apicibus oblique curvatis et fere conjunctim rotundatis, humeris haud prominulis, elytris superficialiter, sparse et subtiliter punctato seriatis, punctis subrotundatis, interstitiis planis sparsissime punctulis subtilibus (illa punctura fundamentali solum perparum fortioribus) tectis. Carina laterali elytrorum usque ad medium (♂!) distincta. Corpore subtus nigerrimo, nitidissimo, processu prosternali fortiter, sparse punctato, haud marginato, mesosterno sulcato, sternito basali medio leviter canaliculato, abdomine laevi, nitido, sparsissime subtilissime punctato, plagis lateralibus nullis, margine laterali luteo, fasciatim piloso. Pedibus satis fortibus, satis brevibus, tibiis posticis ♂ processu praeapicali calcariformi interno nullo, tibiis ♂ anticis valde curvatis, tarsorum posteriorum articulo basali ♂ illos duo ultimos longitudine adaquante. Unguiculis translucidis, luteolis, transparentibus.

Amico Dr. F. G. Rambousek, amicissime in honorem denominata.

43 (12) Corpore subtiliore, minore, saepe magis angustato, magis cylindraceo. Species minores, formae speciei subtilis B. Jak. etc.

44 (65) Thorace normali, scilicet ad basim nullo modo sinuatim vel cordatim attenuato, ad anticem a medio longitudinis magis rotundatim attenuato. Epipleuris elytrorum concoloribus.

45 (46) Species minor (long.: 12, lat.: 4 mm). Elytris lateraliter, prope marginem lateralem, in tertia parte posteriori interstitio sublaterali carinulatim subelevato. Species nigra, nitida, parallela. Sternito basali medio integro, haud canaliculato. Caucasus. Vide:

83. **S. bicarinata** B. Jak.

46 (45) Sine ullo vestigio elevationis cariniformis sublateralis elytrorum. Sternito basali plus vel minus distincte canaliculato.

47 (48) Superficie elytrorum prope lineolas striarum (irregulariter) impressas valde variolosa.

11. **Sph. Hartmanni** m. n. sp. (9).

Hab.: Caucasus. Long.: 12·5, lat.: 4·5 mm.

Obscure brunneo aenea, satis nitida, glabra. Elongata, satis robusta, subparallela. Capite lato, convexo, parte interoculari frontis longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, fronte medio leviter lineato impresso, plagis laevibus nullis, punctura fundamentali densa distinctissima, punctura generali satis coriacea, satis subtili, densa. Antennis brevibus, antennarum articulo tertio longitudine illo secundo 1½ longiori; thorace longitudine circiter $1^2/_3$ latiori, margine antico satis fortiter bisinuato, lobo medio late rotundato; stria subtili antice totaliter marginato. Thoracis lateribus subparallelis, a basi usque ad quartam partem anteriorem rectis; lateribus postice leviter subdepressis, fovea antescutellari rotunda minuta; in disci medio foveolis quattuor transverse dispositis, quorum duabus internis fortioribus. (His foveolis fortasse accidentalibus??) Superficie dense distincte punctura fundamentali tecta, punctura generali medio sparsa et satis subtili, versus latera magis variolosa, densiore et maiore. Carina thoracis laterali fere recta, solum in basi leviter deflexa, usque ad quartam partem anteriorem prolongata. Scutello satis magno, longitudine duplo latiore. Elytris longitudine 2½ latiore, usque fere ad tertiam partem apicalem parallelis,dein ad apicem rotundatim attenuatis, apice singulatim rotundata. Sculptura e seriebus longitudinalibus lineolarum composita, his lineolis impressis, interstitiis hic et ubi paullulo elevatis et transverse irregulariter plicatim conjunctis, itaque elytris valde variolosis (uti fere apud illam c o r a c i n a m) et inaequalibus. Elytrorum lateribus ♀ totaliter marginatis. Processu prosternali immarginato, sparse fortiter, irregulariter punctato. Metasterno haud canaliculato. Sternito basali medio antice leviter canaliculato. Abdomine nitido, fere impunctato, spatiis sterniti basalis post coxis posterioribus strigatim punctulato. Tarsorum posteriorum articulo basali ♀ et ultimo longitudine aequali.

Dom. Prof. R. H a r t m a n n, entomologo Pragensi, amicissime in honorem renominata.

48 (47) Superficie elytrorum sculptura aequali, haud variolosa.*)

49 (54) Superficie obscure brunneo- vel violaceoaenea vel cuprascente, semper plus vel minus distincte metallica. Sternito basali leviter canaliculato.

50 (53) Maior, latior, robustior. Elytrorum apice simpliciter rotundato. Thorace longitudine circiter $1^2/_2$ latiore. Elytrorum margine laterali ♂♂ solum usque ad medium elytrorum longitudinis marginato. Tibiis posterioribus ♂♂ dense et breviter externe setosis. Sternito anali apice late plane marginato. Sculptura seriali elytrorum distinctiore, e punctis rotundatis composita. Punctura fundamentali capitis et thoracis distinctiore. Tibiis posticis ♂♂ in parte praeapicali interna solum versus partem interiorem leviter subdilatatis, calcare distincto nullo. Versus anticem et versus basim magis attenuata, parte postscutelari elytrorum leviter subdepressa.

51 (52) Corpore supra obscure brunneoaeneo. Thorace ante basi leviter transversim depressiusculo. Sculptura elytrorum magis regulari, haud variolosa. Elytris apice separatim rotundatis. Persia: Ala-Dagh. Long.: 13, lat.: 4·6 mm.

12. **S. Zarathustra** Obenb.

---

*) Hic etiam species mihi ignota e Caucaso: **s. binominata** Kerr. (Monogr. Bupr. VI. 1913. App. p. 577.)

52 (51) Corpore supra obscure violaceocupreo. Hic subspecies species praecedentis:

12a. **Sph. Zarathustra ssp. armenigena** m. n. ssp. (10)

Hab.: Asia Minor: Amasia.

A forma typica colore corporis superficiei obscure violaceo-cupreo, thorace regulariter convexo, sine ulla depressione basali, sculptura elytrorum magis variolosa, fortiore, elytris apice conjunctim rotundatis, angulo suturali saepe acuto differens.

53 (50) Minor, gracilis, magis parallela, subcylindrica, versus anticem et apicem solum modice et breviter attenuata; thorace longitudine solum 1½ latiore. Elytrorum margine laterali ♂♂ etiam post medio marginato. Tibiis posteriorum ♂♂ sparse et longius externe setosis. Sternito anali apice solum anguste plane marginato. Sculptura seriali elytrorum subtilissima, suboblitérata. Elytrorum apice extus rotundato, intus denticula parva subacuta suturali munito. Punctura fundamentali capitis et thoracis perpusilla, parum distincta. Tibiis posticis ♂♂ in parte posteriori interna distincte breviter obtuse intus calcaratis. Magis linearis, parte postscutellari elytrorum nullo modo subdepressa. Obscure nigroaenea. Caucasus. Long.: 9—10, lat.: 2·7—3 mm.

13. **S. subtilis** B. Jak.

54 (49) Superficie nigra, sine ullo nitore metallico. Carina thoracis laterali leviter sinuata. Elytrorum apice conjunctim vel fere conjunctim rotundato. Tibiis posticis ♂♂ in parte apicali interna leviter calcaratis. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ vel duplo longiore. Species maiores vel mediocres (Long.: 11·5—14 mm).

55 (60) Sculptura seriali elytrorum distincta. Carina thoracis laterali leviter sinuata. Elytrorum apice conjunctim vel fere conjunctim rotundato. Tibiis posticis ♂♂ in parte apicali interna leviter cothurnatis. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ vel duplo longiore. Species maiores vel mediocres (Long.: 11·5—14 mm).

56 (59) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiori, triangulari. Coxis porterioribus in tertia parte interna haud sinuatis. Abdomine lateraliter tenuiter piloso marginato. Femoribus mediis fortius punctatis. Sternito anali maris rotundato, integro. Tibiis ♂♂ posticis solum leviter calcaratis.

57 (58) Minor. (Long.: 11·5, lat.: 4 mm), tarsis gracilioribus, magis parallelus, versus posticem minus attenuatus, margine thoracis antico minus bisinuato et parum distincte ciliato, thorace lateraliter quam in disco densius, sed non fortius punctato. Antenis brevioribus. Elytris usque post medium parallelis. Tibiis posticis maris margine interno fere recto. Corpore subtus multo nitidiore, abdomine nitido, punctura fundamentali obliterata. Thorace magis parallelo, in disco punctis duobus transverse positis ornato. Mento subtriangulari. Hic species nova sequens:

14. **Sph. politipennis** m. n. sp. (11).

Hab.: Persia: Astrabad. Long.: 11·5, lat.: 4 mm.

Elongata, satis convexa, subparallela, supra nigra, subtus nigerrima, leviter coerulans, abdomine lateraliter luteo piloso marginato. Capite satis lato, fronte subtiliter punctata, punctura fundamentali thoracis et frontis perpusilla, parum perspicua, fronte impressione media nulla, vertice leviter lineatim impresso, frontis parte interoculari longitudine 1½ latiore; plagis frontalibus nullis. Oculis satis magnis, ovalibus. Antennis brevibus, antennarum articulo tertio illo secundo paullo magis quam 1½ longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, usque ad medium longitudinis parallelo, dein ad anticem

rotundatim et modice attenuato, antice satis fortiter bisinuato, totaliter marginato. Carina laterali fere recta, solum medio paulo sinuata, usque fere ad angulam anticum producta, postice haud deflexa. Thorace nitido, aequaliter convexo, fovea antescutellari parva, rotunda, punctura fundamentali subtilissima, sed distincta, illa generali sparsa et subtili, lateraliter densiore. In thoracis disco foveis duabus transverse positis (an accessoriis?). Scutello parvo, longitudine duplo latiore. Elytris latitudine 2½ longioribus, versus latera (uti prothorax) magis coeruleonigrescentibus, parte suturali nitore levissimo aeneo, usque fere ad tertiam partem apicalem parallelis, dein curvatim attenuatis, apice conjunctim rotundato. Elytris punctato seriatis, punctis serierum foveiformibus, itaque superficie elytrorum leviter variolata. Seriebus haud impressis, interstitiis haud convexis. Processu prosternali immarginato, sparse fortiter punctato. Corpore subtus nitidissimo, coeruleonigro, metasterno leviter canaliculato, sternito basali medio leviter carinato. Abdomine sparse subtiliter punctato, punctis fundamentalibus indistinctis. Tibiis ♂ anterioribus valde curvatis, illis posterioribus in parte interna posteriori subcalcaratis. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂♂ illos duo ultimos unitos longitudine adaequante. Elytris ♂ usque ad medium lateraliter marginatis.

58 (57) Maior (long.: 13·5—14, lat.: 4·8—5 mm), tarsis fortioribus, versus apicem iam fere a basi elytrorum attenuatus, margine antico thoracis fortius bisinuato et distinctius ciliato, thorace lateraliter densius et multo fortius quam in disco punctato. Antennis longioribus. Elytris solum in brevissima parte postbasali parallelis. Tibiis posticis maris margine interno distincte sinuato. Corpore subtus multo minus nitido, partibus pro- meso- et metathoracalibus atque femoribus multo grossius punctatis, punctura abdominis fundamentali perpusilla sed distinctissima. Thorace minus parallelo, versus anticem fortius attenuato, foveolis discalibus nullis. Mento transverse plane rotundato. Caucasus.

15. **S. Christophi** B. Jak.

59 (56) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore, gracili. Coxis posticis in tertia parte interna distincte et satis profunde sinuatis. Abdomine lateraliter haud piloso marginato. Femoribus subtilius punctatis. Tibiis posticis ♂ distinctius in parte apicali interna calcaratis. Sternito ultimo maris medio subtiliter sed distinctissime emarginato. Hic species sola nova:

16. **Sph. Hetita** m. n. sp. (12).

Hab.: Taurus (Syria). Long.: 13, lat.: 4 mm.

Forma fere illam politipenne m. appropinquans, sed maior. Nigerrimus et, praecipue subtus, valde nitidus. Capite lato, haud impresso, parte interoculari frontis longitudine fere 1½ latiore, oculis ovalibus, latitudine duplo latioribus. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore, ferre illos quartum et quintum unitos longitudine adaequante. Plagulis frontis nullis, fronte dense, subtiliter punctata, punctura fundamentali frontis et thoracis subtilissima, sed distincta. Thorace longitudine fere $1^3/_5$ latiore, a basi usque ad tertiam partem anteriorem parallelo, dein attenuato et rotudato, margine anteriori bisinuato et totaliter distincte marginato, margine laterali fere recto, solum in medio levissime sinuato, fere usque ad angulos anticos producto, superficie thoracis nitida, aequaliter convexa, sparse, satis subtiliter punctata, punctis his (generalibus) versus latera fortioribus et densioribus. Scutello subcordiformi, longitudine duplo latiore. Elytris latitudine circiter $2^1/_3$ longioribus, usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe et leviter, solum in apice fortius rotundatim attenuatis, thoracis basim latitudine paullulo superantibus, apice satis late conjunctim rotundatis. Elytris paullo transverse, indistincte rugatulis, sculptura seriali praecipue lateraliter in hac punctura

interstitiali subevanescente. Elytris lateraliter usque post medium marginatis (♂). Mento in medio angulose late producto. Processu prosternali antice sparse et satis fortiter, medio postice haud punctato. Metasterno leviter, sternito basali medio superficiter canaliculatis. Abdomine valde nitido, punctura fundamentali perpusilla, illa generali satis forti, in sternito anali condensata; punctura post coxis posterioribus lateraliter valde densa et strigiformi. Sternito anali ♂ apice medio minute rotundatim emarginato. Coxis posterioribus in tertia parte interna distinctissima sinuatis. Tibiis ♂ posticis in parte apicali interna distincte breviter calcaratis.

60 (55) Sculptura seriali elytrorum indistincta vel solum in parte suturali distinctiore, vel elytris confuse, irregulariter punctatis Articulo tertio antennarum illo secundo solum $1^1/_3$ longiore. Species mediocres vel minores (Long.: 7—11·5 mm).

61 (64) Mento armato, carina transversa nulla. Magis ovalis, maior. Pedibus fortioribus. Carina laterali thoracis recta. Epistomate vel late arcuatim, vel angulose emarginato. Margine posteriori sterniti analis ♂♂ integro, nullo modo emarginato. *)

62 (63) Maior, robustior (long.: 11·5, lat.: 5 mm). Epistomate angulose emarginato. Elytris latioribus; sculptura grossiore. Pedibus crassioribus. Carina laterali thoracis fere ad angulos anteriores producta. Elytris subtiliter punctatis, striis solum in parte suturali distinctis. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Mesosterno leviter canaliculato. Sternito basali leviter canaliculato. Articulo basali tarsorum posteriorum ♀♀ illum ultimum longitudine superante. Thorace punctis fere aequalibus et fortibus, vage punctato. Transcaucasia: Araxes.

17. **S. furva** B. Jak.

63 (62) Minor, gracilior (long.: 7·5—10, lat.: 2·5—3·5 mm). Epistomate late arcuatim emarginato; elytris gracilioribus, sculptura multo subtiliore. Pedibus gracilioribus. Carina laterali thoracis solum usque ad tertiam partem anteriorem distincta. Elytris irregulariter punctatis, seriebus ne in parte suturali quidem distinctis. Processu prosternali nullo modo marginato. Mesosterno haud canaliculato. Sternito basali haud sulcato. Articulo basali tarsorum posteriorum ♀♀ illum ultimum longitudine nullo modo superante. Thorace medio subtiliter et sparse, lateribus fortius et densius punctatis. Caucasus: Elisabetpol, Terek; Transcaspia: Taškent.

18. **S. oporina** B. Jak.

64 (61) Mento triangulari, medio angulatim producto, carina transversa elevata instructo, carina laterali thoracis leviter curvata. Minor, multo gracilior, elongatus, postice valde attenuatus. Epistomate tenue arcuatim emarginato. Margine posteriori sterniti analis ♂♂ medio leviter emarginato.

19. **Sph. sajanensis** m. n. sp. (13).

Hab.: Sajan. Fluvius Alaš. Mongolia. Long.: 7·3, lat.: 2·5 mm.

Species gracilis, convexa, ad anticem leviter, ad apicem fortius attenuata, nigerrima, glabra, nitidissima. Capite satis lato, parte interoculari frontis longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, fronte dense, satis fortiter punctata, medio plagulis duabus glabris parvis obliquis ornata, epistomate semicirculariter emarginato. Antennarum articulo tertio illo secundo $1^1/_3$ longiore, articulis secundo et quarto longitudine fere aequali. Antennis satis longis. Thorace longitudine circiter $1^1/_2$ latiori, antice valde bisinuato, totaliter marginato, lobo medio subangulatim producto. Carina laterali leviter curvata, usque ad tertiam partem anteriorem distincta; impressionibus discalibus nullis. Thorace

*) An etiam apud furvam B. Jak., cuius ♂ lateat?

aequaliter convexo, punctura fundamentali perpusila et satis sparsa, punctura generali medio sparsa et subtili, lateraliter densa, subrugulosa et fortiore. Scuparvo, longitudine 1½ latiore. Elytris thoracem paullo superantibus, usque post medium parallelis, dein versus apicem fortiter et longe attenuatis, apice ipso satis anguste conjunctim rotundato, latitudine circiter 2½ longioribus, sutura postice subelevata, humeris paullo elevatis, depressione postscutellari nulla, elytris irregulariter, versus suturam sparsius et subtilius, subseriatim, versus latera fortius et irregulariter, in parte humerali dense tranverse rugose punctatis.Prosterno lateraliter subtiliter marginato, sparse subtiliter punctato, metasterno haud, sernito basali medio leviter canaliculato. Abdomine subtilissime punctato, sparse, versus latera densius inconspicue piloso. Sternito anali ♂ apice medio leviter emarginato. Tibiis ♂ anterioribus valde curvatis, tibiis ♂ posterioribus longis, leviter concave curvatis, margine interno valde bisinuato et in parte praepicali extrema leviter calcarato. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ illos duo ultimos iunctos longitudine adaequante.

65 (44) Thorace antice rotundato, postice sinuatim attenuato, summum latitudinis ante medium attingente. Niger, nitidissimus; articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore.Carina thoracis laterali recta. Epipleuris elytrorum cyaneis. Elytris postice conjunctim rotundatis, striis elytrorum e lineolis subtilibus formatis. Processu prosternali immarginato. Abdomine plano, in parte basali punctis aciculatis densissimis tecto. Long.: 15, lat.: 5·5 mm. Alai.

20. **S. ebenina** B. Jak.

66 (7) Abdomine metallico vel solum in parte media nigro vel piceo; tunc semper partibus lateralibus (praecipue illis sternalibus et abdomine sub coxis posterioribus) *metallicis* (aeneis, cupreis, roseocupreis, cyaneis vel cyaneoviolaceis). Thorace subtus lateraliter metallico.

67 (156) Corpore subtus cyaneo, nigrocyaneo vel nigroviolaceo, partibus lateralibus saepe roseoviolaceis; (corpore subtus numquam cupreo aeneo vel aeneoviridi).

68 (113) Partibus corporis lateralibus subtus violaceopurpuratis vel roseoviolaceis, parte media longitudinali abdominis obscurata (cyanea vel nigrocyanea vel nigrescente). Corpore subtus numquam simpliciter aeneo. Species maiores, robustiores.

69 (86) Corpore maiore (16—22 mm), robustiore, magis parallelo. Elytris versus apicem minus attenuatis.

70 (73) Corpore supra nigro. Articulo III° antennarum illo II° duplo longiore.

71 (72) Corporis forma mediocri. Elytris versus apicem valde attenuatis. Solum elytrorum parte basali laterali parallela. Long.: 16—20, lat.: 5·2—8 mm. Persia.

21. **S. aethiops** B. Jak.

72 (71) Corpore robustissimo, elytris fere in media parte basali parallelis, versus apicem minus attenuatis. Persia.

21a. **S. aethiops ssp. gigas** Obenb.

73 (70) Corpore supra metallico, plus vel minus obscure cupreoaeneo, saepe lateraliter cyaneomarginato.

74 (85) Sternito basali et metasterni medio plus vel minus fortiter canaliculatis.

75 (84) Elytris simpliciter, scilicet nullo modo foveolatim seriato punctatis. Seriebus e punctis vel lineolis parvis, nullo modo foveolatim impressis compositis.

76 (81) Corpore maiore, robustiore, forma incrassata, minus parallela, convexiore.

77 (80) Thorace et elytris lateraliter cyaneonigro vel coeruleo limbatim marginato.

78 (79) Corpore robustiore, abdomine medio nigrescente, coeruleo micante, corpore supra obscure brunneo aeneo, lateraliter plumbeogriseo vel cyaneonigro limbato. Long.: 17—23, lat.: 6·5—8 mm. Persia.

22. **S. Mnizsechi** Mars.

79 (78) Corpore graciliore, abdomine parte media maiore laete cyanea, corpore supra cupreo. Subspecies sola nova sequens:

22a. **Sph. Mnizsechi ssp. coeruleolimbata** m. n. ssp. (14).

Hab.: Persia occidentalis: Hamarazendjan.

Corpore supra laete rubrocupreo, thorace et elytris laete coeruleo limbato. Corpore subtus laete cyaneo, lateribus corporis inferioris roseoviolaceis.

80 (77) Corpore concolre, obscure aeneocupreo, thorace et elytris obscure nullo modo marginatis. Persia.

22b. **S. Mnizsechi ssp. elamita Mars.**

81 (76) Corpore minore, graciliore, elytris saepe subvariolatis; magis parallelis; minus convexus. Corpore supra obscure aeneocupreo, solum tenuiter lateraliter grioseomarginato. Long.: 16—17·5, lat.: 5—5·8 mm.

82 (83) Thorace normali, integro. Hic varietas nova sequens:

22c. **Sph. Mnizsechi var. Minorita** m. n. var. (15)

Hab.: Persia: Luristan.

A typo corpore multo minore (Long.: 16—17·5, lat.: 5—5·8 mm), elytris saepe subvariolatis, minus convexis, magis parallelis, forma graciliore differt. Corpore supra obscure aeneocupreo, solum tenuiter lateraliter griseomarginato, corpore subtus medio nigrescente.

83 (82) Thorace quadrifoveolato. Hic forma nova sequens.

22d. **Sph. Mnizsechi var. tetrastigma** m. n. var. (16).

Hab.: Persia: Luristan.

A typo forma multo minore, graciliore, angusta, elytris fere concoloribus, thorace foveolis quattuor transverse dispositis divergens.

84 (75) Elytris catenulatim, foveolatim seriatopunctatis. Hic subspecies sola nova sequens:

22e. **Sph. Mnizsechi ssp. catenifera** m. n. ssp. (17).

Hab.: Luristan or.

Supra obscure cupreoaenea, tenuiter griseo limbata. A typo sculptura elytrorum cateniformi, seriali differens. Punctis serierum leviter foveolatim impressis, interstitiis leviter convexiusculis, striis leviter impressis.

85 (74) Sternito basali impressione longitudinali nulla. Species magna, cupreoviolacea, satis obscura, supra nigrocyaneo marginata.

23. **Sph. Klapáleki** m. n. sp. (18).

Hab.: Persia. Long.: 21, lat.: 7·5 mm.

Species magna, robusta, obscure cupreoviolacea, thorace et elytris lateraliter cyaneoigro limbatis, corpore supra satis leviter nitido, subtus nitidissimo, cyaneonigro, solum versus latera in partibus sternalibus roseoviolaceo. Corporis superioris punctura fundamentali subtilissima, perpusilla, perparum conspicua. Capite magno, lato, parte interoculari frotis longitudine 1½ latiore, fronte impressione vel plagis nullis, subtilissime sparse punctata, antennis nigris, articulo tertio illo secundo circiter 1¾ longiore, articulo quarto illo secundo $1^1/_3$ longiore. Thorace longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, usque ad medium parallelo, dein ad anticem rotundatim attenuato, margine antico ciliato,

bisinuato et totaliter striatim marginato, thorace aequaliter convexo, fovea subtili antescutelari, subtilissime, versus latera fortius et minus sparse punctato, carina laterali forti, usque ad quartam partem anteriorem producta, basi leviter deflexa. Scutello cyanescente, longitudine duplo latiore, magno, transverso. Elytris thorace paullulo latioribus, latitudine 2½ longioribus, usque ad tertiam partem basalem parallelis, dein in curva longa versus apicem attenuatis, apicibus ipsis oblique, separatim, satis anguste attenuatis et rotundatis. Elytris levissime coriaceis, subtiliter, superficialiter lineolatim striatis, striis e lineolis brevibus compositis. Interstitiis planis, punctis (generalibus) sparsis, subtilissimis tectis. Mento transversim carinato, rotundato. Processu prosternali mediocriter, sparse punctato. Metasterno et sternito basali nullo modo canaliculatis. Abdomine nitidissimo, sparse et subtiliter, in sternito anali densius punctato.

♀ Elytris fere totaliter lateraliter carinatim marginatis. Tarsorum posteriorum articulo basali illum ultimum longitudine haud superante.

Memoriae entomologi clari čechoslovenici Prof. F. Klapálek animo pio devota.

86 (69) Corpore minore (9—16 mm), graciliore, versus apicem saepe multo magis attenuato, apice saepe magis angustato.

87 (88) Sternitis abdominis lateraliter foveolatis. Species mediocris, subparallela sequens nova:

24. **Sph. Artaxerxes** m. n. sp. (19).

Hab.: Persia (Luristan). Long.: 14·5, lat.: 5·8 mm.

Species subparallela, supra obscure cuprea, subtus lateraliter roseocuprea, medio leviter obscurato, nigrescenti. Capite lato, parte interoculari frontis longitudine $1^2/_5$ latiore, fronte subtiliter sparse punctata, punctura fundamentali subtilissima, impressione media nulla, antennis nigris, brevibus, articulo tertio illo secundo fere duplo longiore, epistomate arcuatim simpliciter emarginato, mento late subrotundato, haud carinato. Thorace longitudine circiter $1^3/_5$ latiore, antice bisinuato et totaliter subtiliter striatim marginato, usque ad $^2/_5$ anteriores parallelo, dein ad anticem modice attenuato, carina laterali fere recta, usque fere ad quartam partem anteriorem producta, basi haud deflexa. Thorace ante scutello leviter foveolato, foveolis quatuor (accessoriis?) transverse dispositis discalibus ornato. Punctura fundamentali subtilissima, subalutacea, punctura generali subtili, sparsa, versus latera fortiore et paullulo magis condensata. Scutello subcordiformi, longitudine circiter 1½ latiore. Elytris latitudine 2½ longioribus, usque ad tertiam partem apicalem parallelis, thorace haud latioribus, subtiliter seriato punctatis, punctis lineiformibus et hic et ubi levissime impressis, superficie itaque elytrorum leviter foveolatim subseriata. Elytris postice separatim rotundatis. Processu prosternali sparse vage punctato, lateraliter serie punctorum, marginato. Metasterno et sternito basali medio levissime canaliculatis. Abdomine nitidissimo, glabro, medio haud punctato, in basali parte sterniti basalis subalveolatim strigose punctato, sternito anali ♂ rotundato, subtiliter et superficialiter sed satis dense punctato. Sternitis lateraliter foveola rotunda satis magna instructis. ♂ tibiis anticis curvatis, illis posticis interne haud calcaratis, elytris lateraliter totaliter carinatim marginatis, articulo basali tarsorum posteriorum illos duo ultimos longitudine adaequante.

88 (87) Sternitis abdominis lateraliter foveolis impressis nullis.

89 (106) Species magis elongatae, supra nigrae vel cupreae, versus apicem haud subito abbreviatae.

90 (91) Thorace summum latitudinis in parte anteriori attingente. Corpore supra laete cupreo, elytris lateraliter violaceo limbatis, corpore subtus

obscure cyaneo, marginibus sternitorum aureocupreis. Antennis brevibus, antennarum articulo tertio illo secundo 1¾ longiore. Carina laterali thoracis usque ad quartam partem anteriorem producta. Striis elytrorum e lineolis parvis compositis. Sternito basali sulco medio nullo. Sternito anali ♂♂ apice leviter emarginato. Long.: 9, lat.: 3·3 mm. Buchara or.: Tengui Haram.

25. **S. Korshinskii** B. Jak.

91 (90) Thorace summum latitudinis in basi vel postice attingente.

92 (93) Interstitiis elytrorum alternis 2, 4, 6 elevatis. Sternito basali sulco medio nullo (♂) vel levissimo (♀); sternito anali ♂♂ apice leviter sinuato. Cupreoaenea, subtus coeruleonigra, lateraliter violaceomicans. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Elytris postice separatim rotundatis, striis e lineolis parvis formatis; thorace longitudine $1^1/_3$ latiore. Tibiis posterioribus ♂♂ in parte apicali emarginatis. Long.: 12—12·5, lat.: 4·2—4·5 mm. Turkestan: Samarkand. (= *S. cuprea* Ball.)

26. **S. varia** B. Jak.

93 (92) Interstitiis alternis planis, nullo modo elevatis.

94 (105) Sculptura seriali elytrorum distincta. Capite concolore. Prosterni processu lateraliter stria marginali nulla. Forma maiore (long.: 11·5—16 mm). Elytris glabris. Sternito basali ♂♀ plus vel minus distincte canaliculato. Colore supra cupreobrunneo vel obscure bruneoaeneo. Angulo suturali elytrorum rotundato. Metasterno medio sulcato.

96 (101) Thorace in media parte basali subparallelo vel versus anticem simpliciter, leviter attenuato, ibidem nullo modo sinuato. Abdomine antice et post coxis posterioribus multo fortius punctato; corpore subtus multo obscurius colorato, partibus lateralibus satis angustis obscure roseoviolaceis, medio nigro vel nigrocyaneo. Scutello latiore et breviore.

97 (100) Maior, robustior, versus apicem magis attenuata. Antennarum articulo tertio illo secundo solum 1½ longiore. Persia: Luristan. Long.: 14—17, lat.: 5—6·5 mm.

98 (99) Corpore supra obscure brunneocupreo, lateraliter concolore.

27. **S. luristana** Kerr.

99 (98) Corpore supra obscure brunneocupreo, lateraliter anguste plumbeonigro marginato.

27a. **S. luristana var. Parsa** Obenb.

100 (97) Minor, gracilior, magis parallelus, versus apicem minus fortiter attenuatus. Articulo antennarum tertio illo secundo fere duplo longiore. Persia: Kermanshah.

27b. **S. luristana var. nominanda** Obenb.

101 (96) Thorace subcampanuliformi, in tertia parte basali distincte sinuato, angulis posticis acutis. Parte laterali corporis inferioris laete aureorosea, lateribus summis aureolis, solum parte angusta media obscurata, nigrescente. Scutello longiore, minus lato.

28. **Sph. Mrázeki** m. n. sp. (20).

Hab.: Persia: Kharum. Long.: 16, lat.: 5·5 mm.

♀ Species elongata, satis convexa, satis subparallela, versus apicem modice attenuata, satis subtiliter sculpta, supra obscure brunneo aenea, thorace postice et lateraliter leviter irridescenti. Corpore subtus laete rosaceoviolaceo, versus latera aureo, solum in media parte satis angusta obscurato. Capite lato, satis convexo, satis irregulariter, versus anticem densius, subtiliter punctulato, plagulis mediis solum perparum indicatis, foveis vel depressione media nullis, punctura fundamentali subtilissima, densa, antennarum articulo tertio illo secundo circiter 1½ longiore. Thorace longitudine circiter 1⅔ latiore, in

basi summum latitudinis attingente, antice bisinuato et subtiliter, distincte, totaliter marginato, angulis posticis acutis; thorace forma subcampanuliformi, in media parte basali sinuato, ante medio ad anticem rotundatim attenuato. Carina laterali recta, usque ad quintam partem anteriorem distincta, forti. Superficie regulariter convexa, punctura fundamentali subtilissima, subalutacea, punctura generali subtili, sparsa, versus latera densiore nec non fortiore. Fovea parva forti rotunda antescutellari. Scutello satis magno, transverso. Elytris thorace haud latioribus, latitudine circiter 2½ longioribus, in tertia parte basali parallelis, dein, versus apicem longe curvatim attenuatis, apicibus satis anguste et fere conjunctim rotundatis, sculptura seriata superficiali, e punctis lineiformibus brevibus haud impressis formata, interstitiis haud elevatis, superficie leviter transversim, minute plicatula et rugatula; processu prosternali plano, sparse subtiliter punctato, metasterno leviter canaliculato, sternito basali medio distncte, sed haud profunde sulcato, abdomne valde nitido, glabro, solum antice et post coxis posterioribus et in sternito anali punctato. Pedibus fortiter punctatis.

♀ Tibiis anticis modice curvatis, margine laterali careniformi elytrorum usque ad apicem producto, sternito anali apice satis anguste rotundato, tarsorum posteriorum articulo basali illos duo ultimos longitudine fere adaequante.

Memoriae magistri mei cari *prof. Mrázek* Universitatis Pragensis animo pio devota.

102 (95) Colore superficiei nigro. Elytris utrimque in basi leviter longitudinaliter biimpressis. Elytris denticula parva (parum distincta) saturali notatis vel ibidem acute subangulosis. Metasterno nullo modo sulcato. Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore.

103 (104) Corpore magis parallelo, versus apicem minus attenuato, supra convexiore. Capite minus lato, thorace lateraliter subparallelo, longitudine solum paullo magis quam 1½ latiore. Elytris fere usque ad medium parallelis, in parte basali impressione nulla, denticula suturali apicali nulla, ibidem solum angulum rectum efficientibus.

29. **Sph. funebralis** m. n. sp. (21).

Hab.: Persia: Luristan. Long.: 11·5, lat.: 4·8 mm.

♀ Species satis convexa, nitida, subparallela, supra nigerrima, subtus in parte maiore media cyaneonigra, lateraliter roseocuprea. Capite lato, punctura fundamentali fere indistincta, punctura generali subtili, parte interoculari frontis longitudine circiter 1½ latiore, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, antennis brevibus. Thorace antice bisinuato et subtiliter marginato, longitudine 1½ latiore, usque fere ad tertiam partem anteriorem parallelo, dein modice rotundatim attenuato, medio subtilissime et sparse, lateraliter densius et fortius punctato, fovea parva antescutellari notato, carinis lateralibus rectis, usque ad quintam partem anteriorem productis; scutello subcordiformi, longitudine 1½ latiore. Elytris longitudine 2½ latioribus, usque ad medium parallelis, dein versus anticem longe, curvatim attenuatis, subtiliter, superficialiter lineolatis, seriebus his e lineolis parvis haud impressis ornatis, superficie elytrorum aequali, elytris apice conjunctim rotundatis, angulo suturali recto. Corpore subtus nitido, prosterno immarginato, metasterno plano, haud canaliculato, sternito basali medio sulculo longitudinali solum perparum indicato, abdomine sparse et minute, solum illo sternito basali medio sparse et satis fortiter punctato.

104 (103) Corpore supra magis deplanato, versus apicem fortius attenuato; capite latiore. Thorace versus anticem magis attenuato, longitudine 1⅗ latiore. Elytris iam a basi versus apicem attenuatis, in parte basali utrinque duabus

depressionibus brevibus longitudinalibus notalis, denticula suturali apicali distincta.

30. **Sph. Erdshmiadzini** m. n. sp. (22).

Hab.: Caucasus: Erdshmiadzin. Long.: 13·5, lat.: 4·6 mm.

Species supra satis leviter convexa, versus apicem satis fortiter attenuata, supra nigra, haud metallica, subtus lateraliter roseocuprea, in parte maiore media nigra. Capite vero lato, parte interoculari frontis longitudine fere 1½ latiore, fronte sparse minute punctata, impressione longitudinali nulla, puntura capitis et thoracis fundamentali perparum distincta, pusillima. Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulo quarto illo secundo parum longiore. Thorace longitudine $1^3/_5$ latiore, margine antico bisinuato et distincte totaliter stria subtili marginato, in basi summum latitudinis attingente, dein usque ad quintam partem anteriorem fere recte, satis leviter attenuato, dein rotundato. Foveola antescutellari nulla. Disco satis leviter convexo, medio subtiliter et sparse, lateribus dense et fortius punctato. Scutello transverse subcordiformi, longitudine fere duplo latiore. Elytris thorace nullo modo latioribus, in basi summum latitudinis attingentibus, dein versus apicem longe curvatim, postice satis fortiter attenuatis, apice ipso separatim rotundato et denticula parva suturali utrinque notato. Elytris in parte summa basali lateraliter antice leviter carinulatim marginatis, carinula hac parum conspicua post parte laterali marginis basalis thoracis posita. Elytris in parte basali lateraliter impressionibus duabus brevibus longitudinalibus (perparum impressis!) notatis itaque parte hac humerali elytrorum leviter inaequali. Elytris parum distincte, subtilissime punctato seriatis, punctis nullo modo impressis, lineiformibus, interstitiis planis. Prosterni processu utrimque serie punctorum marginato, sparse punctato, metasterno nullo modo canaliculato, sternito basali distincte, sed tenuiter sulcato, et sparse, sed fortiter punctato, abdominis parte altera haud punctata. Tarsorum posteriorum articulo basali ♀ et ultimo longitudine aequali. Elytris lateraliter totaliter (♀) marginatis.

105 (94) Sculptura seriali elytrorum indistincta. Nigra, nitida, elytris cyanescentibus, parte anteriori capitis aureoviolacea. Elytris nullo modo striatis, subtiliter transverse rugatulis, pilis raris brevibus tectis. Prosterno utrinque stria subtili marginato. Antennarum articulo tertio illo ecundo solum $1^1/_3$ longiore. Metasterno sulco medio nullo. Abdomine glabro, sternito basali medio haud canaliculato. Syria: Akbes. Long.: 10·5, lat.: 3·8 mm.

31. **S. Edmundi** B. Jak.

106 (89) Species supra laete violaceopurpureae vel violacea raro nigrescentes, corpore abreviato, sed convexo, versus apicem manifeste rotundatim attenuato, basi elytrorum convexa. Carina laterali thoracis recta.

107 (108) Supra nigra, nitidissima, subtus lateraliter cupreoaenea. Magis oblonga, magis parallela, subtiliter punctata, elytris aspectu indistincte striatopunctato, punctis striarum et interstitiorum aequalibus. Capite latiore, angulis posticis thoracis rectis, elytrorum basi appositis. Long.: 14, lat.: 5·5 mm. Armenia. Vide:

81. **S. atramentaria** B. Jak.

108 (107) Supra laete purpureoviolacea vel rubroviolacea, versus apicem saepissime fortius attenuata, elytris striatopunctatis. striis e lineolis parvis, praecipue in parte dicali compositis, punctis interstitiorum pusillis, illis striarum multo mnoribus. Angulis posticis thoracis acutis. Thorace lateraliter fortiter punctato. Fovea antescutellari nulla.

109 (112) Capite minus lato, convexiore, elytris postice satis asguste, fere simpliciter, conjunctim rotundatis. Thorace antice lobo medio minus producto,

longitudine $1^2/_3$ latiore, versus anticem multo fortius attenuato, basi thoracis elytrorum basi paullo latiore. Prosterni processu lateraliter haud punctatim marginato. Elytris multo fortius sculptis. Sternito anali ♂♂ apice haud distincte sinuato.

110 (111) Thorace antice distincte bisinuato, lobo medio brevi, sed distincto, elytris versus apicem fortiter declivibus et fortiter attenuatis. Long.: 15—16, lat.: 6·5 mm. Armenia: Gumuš-Khane. Persia: Luristan.

32. **S. abbreviata** B. Jak

111 (110) Thorace margine antico recto, elytris usque fere ad medium elytrorum longitudinis parallelis, postice minus declivibus. Persia centralis.

32a. **Sph. abbreviata ssp. hetera** m. n. ssp. -23).

Hab.: Persia centr.

A typo elytris magis ovalibus, usque ad medium parallelis, postice minus declivibus, praecipue thoracis margine antico in linea recta truncato differt.

112 (109) Capite multo latiore, minus convexo, medio subimpresso, elytris postice valde anguste separatim rotundatis, margine apicis externo oblique truncato. Thoracis lobo medio anteriori manifeste producto, thorace solum longitudine $1^1/_3$ latiore, versus anticem multo minus fortiter attenuato, basi thoracis illa basi elytrorum angustiore. Processu prosternali lateraliter serie punctorum marginato. Sternito anali ♂♂ apice distincte, minute sinuatim emarginato.

33. **Sph. Nausicaa** m. n. sp. (24).

Hab.: Persia: Luristan. Long.: 12, lat.: 4·2 mm.

Illae abbreviatae B. Jak. colore simillima, laete purpureoviolascens, subtus lateraliter purpureo aenea, versus medium corporis nigroviolacea. Capite valde lato, frate medio leviter subimpressa, frontis parte interoculari longitudine circiter $1^2/_5$ latiore, antennis brevibus, nigris, antennarum articulo tertio illo secundo fere 1½ longiore, articulis secundo et quarto longitudine fere aequalibus. Thorace longitudine circiter $1^1/_3$ latiore, antice valde bisinuato, lobo medio producto, margine anteriori totaliter striatim marginato, thorace in basi summum latitudinis attingente, dein usque ad tertiam partem anteriorem satis leviter, dein fortius rotundatim attenuato, punctura thoracis et capitis fundamentali fere indistincta, thorace medio subtilissime et vage, sparse, lateraliter multo fortius et densius punctato, fovea antescutellari nulla. Scutello longitudine duplo latiore, transverse subcordato. Elytris basi thoracis latioribus, in parte scutellari convexis, dein declivibus, iam a basi, primo subtiliter, dein fortiter, curvatim, versus apicem attenuatis, apice satis tenuiter separatim rotundato, margine externo apicis oblique subtruncato. Elytrorum sculptura subtili, haud conspicua, e lineolis subtilibus superficialibus composita, interstitiis solum indistinctissime punctatis. Processu prosternali lateraliter linea subtili punctorum marginato, metasterno nullo modo canaliculato, plano, sternito basali medio leviter sulcato. Sternito anali ♂ apice distincte, minute sinuatim emarginato. Corpore subtus nitido, abdomine subtilissime, satis indistincte punctato, solum sternito basali medio fortius, post coxis posteriorubus substrigatim punctato.

113 (68) Partibus corporis lateralibus concoloribus, corpore subtus concolore, cyaneo, nigrocyaneo vel violaceo.

114 (141) Corpore supra violaceo, aeneo vel nigro, nullo modo cyaneo (solum elytrorum lateribus nonnunquam cyaneolimbatis).*)

115 (118) Corpore supra violaceo vel cupreo (lateribus saepe cyaneo limbatis.

---

*) Solum apud illam Eugeni B. Jak. leviter cyanescente.

116 (117) Parva (long. 6·5, lat. 2 mm), subcylindrica, elongata, prosterni processu totaliter stria subtili marginato. Thorace foveola antescutelari et duabus foveolis discalibus fortioribus notato, longitudine 1⅓ latiore; fronte obsolete bituberculata. Colore supra uniformi, cupreo, nitido, subtus violaceo. Elytris postice separatim rotundatis, striis indstinctis, intertitiis haud aequalibus. Algeria.

34. **bifovealata** Mars.

117 (116) Maior (long. 12—12·5, lat. 5 mm), ovalis, satis convexa, supra nitida, violaceoaenea, saepe coeruleolimbata, subtus nigrocyanea. Prosterni processu solum lateraliter linea punctorum submarginato. Thorace foveis nullis, longitudine 1½ latiore, fronte haud tuberculata. Elytris postice conjunctim rotundatis, distincte striatopunctatis, striis e punctis rotundis compositis, interstitiis planis, aequalibus. Turcomania: Askhabad.

35. **S. violacea** B. Jak.

118 (115) Corpore supra obscure nigroaeneo vel nigro.

119 (134) Capite concolore, obscuro, rarius antice cyanescente vel violascente.

120 (133) Elytris regulariter punctatostriatis, sculptura seriali semper distincta, seriebus e punctis rotundis, saepe subfoveolatis compositis. Corpore nullo modo subalutaceo vel sericeomicante. **)

121 (132) Species maiores (Long. 10—17, lat.: 3—6·5 mm), articulo tertio antennarum illo secundo semper distincte longiore. Species latiores. Thorace summum latitudinis postice vel in medio attingente.

122 (123) Elytrorum interstitio octavo in medio elytrorum carinatim elevato. Ovalis, elongata, satis convexa, nigra, nitida, subtus nitidior, epistomate leviter violascente. Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Carina thoracis laterali recta. Thorace medio levissime tenuiter sulcatulo. Elytris apice late rotundatis. Processu prosternali in utraque parte stria lineari marginato. Sternito basali sulco medio nullo. Abdomine etiam in parte basali subtiliter punctato. Long.: 11·5, lat.: 4·5 mm. Asia Minor: Amasia.

36. **S. aliena** B. Jak.

123 (122) Elytrorum interstitio octavo normali, interstitiis omnibus planis, nullo modo elevatis.

124 (127) Elytris apice separatim rotundato. Sternito basali sulco medio nullo. Species supra nigrae.

125 (126) Sculptura elytrorum subtilissima, thorace et capite alutaceis, leviter oleomicantibus. Abdomine lateraliter pilositate nulla, glabro. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Processu prosternali utrimque linea punctorum subtili marginato. Coxis posterioribus lateraliter postice sinuatim emarginatis. Capite latiore. Thorace ad basim nullo modo attenuato. Long.: 11—17, lat.: 3·5—6·5 mm. Persia: Luristan.

37. **S. Rangnowi** Kerr.

126 (125) Sculptura elytrorum mediocri, satis forti, thorace et capite nitidis, nullo modo alutaceis, piceomicantibus. Abdomine lateraliter pilosomarginato. Antennarum articulo tertio illo secundo solum 1½ longiore, antennis brevioribus. Processu prosternali vage punctato, immarginato. Coxis posterioribus sinu epimerali haud distincto. Capite minus lato: Thorace lateribus leviter rotundatis, etiam versus basim leviter attenuatis. Long.: 10·5, lat.: 3·5 mm. Persia: Chakhou.

38. **S. anthracina** B. Jak.

**) Solum apud illam Rangnowi Kerr. elytris subtilissime sculptis et nitore subalutaceo, sed specie hac iam forma maiore etc. maxime characteristica.

127 (124) Elytris apice conjunctim rotundatis vel truncatis. Species nigrae vel nigroaeneae. Oblonga, versus apicem modice attenuata.

128 (129) Tertio articulo antennarum illo secundo solum $1^1/_3$ longiore. Abdomine lateraliter nullo modo piloso. Sternito anali ♂ apice leviter sinu semilunari emarginato. Nigra, subtus nigra, leviter cyanescens. Versus apicem gradatim attenuata, thorace subparallelo, a tertia parte anteriori attenuato, carina laterali fere recta, postice versus angulos posteriores leviter curvata. Angulis posticis thoracis rectis, nullo modo productis. Thorace sulco medio levissime sulcato. Elytris apice fere truncatis. Interstitiis transverse subtiliter subrugulosis. Processu prosternali linea subinterrupta marginato. Metasterno plano, haud sulcato, sternito basali sulco medio nullo, fortissime punctato (punctis longis). Long.: 15·5, lat.: 5·8 mm. Samarkand.

39. **S. Herzi** B. Jak.

129 (128) Tertio articulo antennarum semper longiore, illo secundo 1½ vel duplo longiore. Abdomine lateraliter tenuiter pilosomarginato. Sternito anali ♂ apice truncatim rotundato, incisione nulla. Species nigrae vel nigroaeneae. Angulis posticis thoracis acutis, longis, elytra superantibus, thorace medio lenullo. Elytris apice simpliciter conjunctim rotundatis. Interstitiis haud rugatulis. Processu prosternali immarginato. Metasterno leviter canaliculato, sternito basali medio leviter, sed distincte sulcato, satis leviter punctato.

130 (131) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Nigra, nitida; thorace lateraliter multo fortius punctato. Corpore versus anticem et versus apicem fortius attenuato. Carina laterali thoracis leviter curvata. Thorace in basi summum latitudinis attingente, versus anticem primo leviter, a tertia parte anteriori fortius attenuato. Scutello breviore et latiore. Elytris subtilius seriato punctatis. Coxis posterioribus in tertia parte interna posteriori haud sinuatis. Long.: 13—14, lat.: 4·5—5 mm. Persia: Chakhou; Asterabad. Caucasus.

40. **S. Christophi** B. Jak.

131 (130) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore; antennis multo brevioribus. Corpore magis parallelo, minus attenuato. Carina laterali thoracis recta. Thorace lateraliter leviter rotundato, circiter in medio summum latitudinis attingente. Scutello minus lato. Elytris fortius seriato punctatis. Coxis posterioribus in tertia parte interiori postica late sinuatis. Supra nigroaenea, obscura, valde nitida, lateribus thoracis et elytrorum plumbeonigro marginata. Long.: 11·7, lat.: 4 mm. Persia: Asterabad. Vide:

14. **S. politipennis** m. n. sp. (25).

132 (121) Species parva, minuta, subtilis, angustala, articulo tertio antennarum illo secundo solum paullulo longiore. Thorace summum latitudinis in tertia parte anteriori attingente.

41. **Sph. cyaniventris** m. n. sp. (25).

Hab.: Persia: Khoosistan. Long.: 5·7, lat.: 1·8 mm.

Chilostethiformis, supra nigerrima, nitida, subtus nitida, cyaneonigra. Capite latissimo, antice magis cyanescente, fronte sparse, subtiliter punctata, punctis fundamentalibus nullis distinctis; parte interoculari frontis longitudine 1½ latiori. Antennis brevibus, nigris, articulo tertio illo secundo parum, sed distincte longiore, articulis secundo et quarto longitudine fere aequali. Thorace longitudine circiter 1½ latiore, summum latitudinis in tertia parte anteriori attingente, ibidem rotundato, versus basim fere recte attenuato, versus anticem paullo fortius rotundatim attenuato, angulis anterioribus acutis, productis, margine anteriori leviter late bisinuato, subtiliter totaliter striato; thorace lateraliter, ante basi, versus angulos posticos breviter transverse li-

neatim impresso, disco foveolis duabus parum conspicuis transverse dispositis notato, nitido, sparse et subtiliter, lateraliter fortius punctato, carina laterali recta, usque ad quartem partem anteriorem producta. Scutello subcordato, longitudine 1½ latiore. Elytris latitudine 2¼ longioribus, apice conjunctim rotundatis, usque ad tertiam partem apicalem parallelis, dein curvatim attenuatis, superficialiter punctato seriatis, seriebus parum impressis. Processu prosternali lateraliter serie punctorum lineiformium marginato, metasterno haud sulcato, sternito basali sulco medio nullo. Abdomine nitidissimo, subtilissime, sparse punctato, glabro, ne lateribus quidem piloso. Coxis posterioribus in tertia parte interna posteriori sinu nullo.

133 (120) Elytris sculptura elytrali subobliterata, seriebus elytrorum superficialibus, e lineolis curtis et subtilibus, nullo modo alveolatis vel foveiformibus compositis. Corpore supra subalutaceo, oleomicante. Species satis curta, ovalis, convexa, obscura, nigra, leviter cyaneo sericeomicans, fronte antice saepe subviolacea. Elytris postice conjunctim rotundatis; processu prosternali lateraliter stria lineiformi marginato. Metasterno et sternito basali medio superficialiter canaliculatis. Long.: 7·5—9, lat.: 3—3·5 mm. (= *Sph. afflicta* Ab. in litt.) Transcaucasia: Tiflis. Elisabetpol.

42. S. **Eugeni** B. Jak.

134 (119) Capite aureo vel clare aureoviolaceo.

135 (136) Striis elytrorum distinctis nullis, elytris satis dense et satis fortiter, sed irregulariter punctatis, postice late rotundatis. Supra nigra, leviter aenea, elytris cyanescentibus, subtus (praecipue lateraliter) cupreoviolascens, capite aureoviolaceo. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Sternito basali impressione longitudinali media nulla. Long.: 10·5, lat.: 3·8 mm. Syria: Akbes. Vide:

31. S. **Edmundi** B. Jak.

136 (135) Elytris distincte seriatim sculptis, seriepunctatis vel serielineolatis.

137 (140) Thorace subparallelo, longitudine 1⅓ latiore. Abdomine lateraliter sine ullo vestigio plagarum glabrarum in sternitorum angulis lateroanterioribus. Processu prosternali lateraliter stria longitudinali marginato. Nigroaenea, obscure cupreonitens, subtus coeruleoviolacea.

138 (139) Elytris postice conjunctim rotundatis. Thorace aequaliter et satis dense punctato, elytris aequalibus, striis elytrorum e punctis rotundis formatis. Sternito basali superficialiter, sed distincte canaliculato. Articulo tertio antennarum illo secundo solum paullo longiore. Capite aureoviolaceo. Long.: 8, lat.: 3 mm. Mesopotamia: Malatia.

43. S. **igniceps** B. Jak.

139 (138) Elytris postice separatim rotundatis. Thorace medio fere laevi, superficie elytrorum inaequali; striis elytrorum e lineolis longulis subtilissimis formatis. Sternito basali sulco medio nullo. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore; Capite aureocupreo. Long.: 9, lat.: 2·7 mm. Asia Minor: Smyrna.

44. S. **auriceps** B. Jak.

140 (137) Thorace transverso, longitudine duplo latiore, summum latitudinis ante longitudinis medio attingente, medio canaliculato. Articulo tertio antennarum illo secundo paullo longiore. Nigrocyanea, capite et thorace auratis. Elytris apice oblique subtruncatis, striis elytrorum e lineolis subtilibus compositis. Abdominis sternitis in angulis lateroanterioribus plagula laevi plus vel minus distincta ornatis. Long.: 7, lat.: 2·5 mm. Sicilia. Vide:

206. S. **sicula** B. Jak.

141 (114) Corpore supra (totaliter vel in parte maiore, praecupue in elytris) cyaneo vel nigrocyaneo. Corpore mediocri vel parvo (8—13 mm *).

142 (143) Thorace et capite auratis, elytris cyaneis. Thorace medio sulcato. Sternitis in angulis lateroanterioribus plagula laevi ornatis. Long.: 7, lat.: 2·5 mm. Sicilia. Vide:

206. **S. sicula** B. Jak.

143 (142) Thorace concolore. Abdomine sine ullo vestigio plagularum in angulis lateroanterioribus sternitorum. Corpore subtus totaliter glabro.

144 (147) Elytrorum seriebus longitudinalibus e lineolis parvis superficialibus compositis. Prosterno processu totaliter striatim marginato. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore. Elytris conjunctim rotundatis.

145 (146) Labro profunde emarginato, lobis lateralibus eiusdem in forma spinae elongatae acutissimae prolongatis. Epistomate ♂ ♀ late sinuato. Obscure cyanea, parum nitida, subtus nitidior. Antenna nigris, articulo tertio illo secundo paullo longiore. Thorace lateribus rotundatis nullo modo sulcatulo. Pedibus nigris. Antennis nigris, satis fortibus. Long.: 11, lat.: 4·5 mm. Persia. Vide:

Sph. (Sbg. Rhaphidochila) coerulea B. Jak.

146 (145) Labro normali, nullo modo lateraliter lobatim producto, epistomate ♀ triangulariter, ♂ semicirculariter emarginato. Antennis coeruleis, articulo tertio antennarum illo secundo $1\frac{1}{2}$ longiore. Thorace lateribus subparallelis, summum latitudinis in medio (♂) vel versus basim (♀) attingente. Pedibus gracilibus, cyaneoviolaceis. Antennis violaceonigris, brevibus, sed gracillimis. Supra nigrocyanea, subtilissime sculpta, subalutacea, subtus obscure cyanea, nitidissima. Thorace medio subtilissime sulculato, lateraliter impressione longitudinali perparum distincta ornato. Long.: 11·7—12·5, lat.: 4·5—5 mm. Buchara.

134. **S. Lia** B. Jak.

147 (144) Elytrorum seriebus longitudinalibus e punctis rotundulis vel brevissime lineolatis, subpunctiformibus compositis, lineolis ibidem longioribus intermixtis nullis.

148 (153) Processu prosternali totaliter vel solum lateraliter stria vel linea e punctis appositis formata marginato.

149 (150) Labro profunde emarginato, lobis lateralibus eiusdem in forma spinae elongatae acutissimae prolongatis. Processu prosternali totaliter marginato. Obscure cyanea, nitida, subtus nitidior. Articulo tertio antennarum illo secundo $1\frac{1}{4}$ longiore. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore, subconico, summum latitudinis in basi attingente, medio levissimo sulcatulo. Angulis posticis late rotundatis, obtusis. Interstitiis elytrorum distincte subelevatis. Abdomine sulco medio nullo. Long.: 11·5, lat.: 4·8 mm. Vide:

Sph. (Sbg. Rhaphidochila) nox B. Jak.

150 (149) Labro simplici, lateraliter nullo modo lobatim producto. Processu prosternali solum lateraliter serie punctorum marginato. Articulo tertio antennarum illo secundo $1\frac{1}{2}$ longiore. Thorace usque ante medium subparallelo, medio sulco longitudinali nullo, angulis posticis rectis. Interstitiis elytrorum planis.

151 (152) Sternito basali medio nullo. Capite multo latiore, antennis brevioribus, oculis desuper in spatio minori visibilibus, thoracis margine anteriori latiore, minus fortiter bisinuato, lobo medio lato, haud prolongato. Thorace longitudine circiter $1^1/_3$ latiore. Elytris usque post medium parallelis.

45. **Sph. Leonhardi** m. n. sp. (26).

---

*) Si antennarum articulo tertio brevi, illo secundo aequali vel fere aequali atque si antennarum articuliis 2, 3, 4 longitudine subaequalibus, vide: 293 (296).

Hab.: Persia: Luristan, Poucht-é-Kouh, Bazuft etc. (us. Madrid, Paris, Berlin) Long.: 7·5—9, lat.: 1·6—3·2 mm.

Supra obscure nigrocyanea vel cyanescens, subtus cyaneonigra, nitida. Capite latissimo, satis convexo, satis aequaliter, subtiliter, satis dense punctato, spatio interoculari frontis longitudine 1½ latiore, impressione nulla. Thorace usque ad fere tertiam partem anteriorem parallelo, dein rotundatim attenuato, antice satis plane bisinuato et totaliter marginato, longitudine $1^1/_3$ latiore, carina laterali recta et usque ad tertiam partem anteriorem producta, thorace haud alutaceo, satis nitido, punctura fundamentali nulla distincta, punctura generali medio subtili et sparsa, lateraliter fortiore et densiore. Scutello longitudine fere duplo latiore. Elytris usque fere ad tertiam partem apicalem subparallelis, dein versus apicem satis breviter attenuatis, apice ipso satis late conjunctim rotundato, subtiliter seriato punctatis, interstitiis sparse et subtilifer punctatis. Sternito basali sulco medio nullo. Abdomine laevi, glabro, punctura mediocri, sparsa, aequali, regulari.

Dom. Otto Leonhard (Dresden) in honorem denominata.

152 (151) Sternito basali distincte sulcato. Capite minus lato, thorace breviore. Species postice magis attenuato.

46. **Sph. Maga** m. n. sp. (27).

Hab.: Persia: Širaz. Long.: 8, lat.: 2·7 mm.

Species praecedenti (S. Leonhardi m.) simillima, eodem colore, sed versus apicem multo magis attenuata, capite distincte minore et oculis desuper in spatio maiori visibilibus; thorace medio antice fortius bisinuato, lobo medio minus lato et distinctius producto, thorace multo breviore et latiore, longitudine fere $1^2/_3$ latiore, forma simili, sed in fundamento subalutaceo, scutello minus lato. Elytris solum in tertia parte basali parallelis, dein versus apicem longe, in linea regulari curvata, fortiter attenuatis, apice conjunctim et multo angustius rotundatis, sculptura elytrorum simili, sed multo subtiliore. Pedibus gracilioribus.

153 (148) Processu prosternali nullo modo marginato. Obscure cyanea, parum nitida, subtus nitidior, glabra.

154 (155) Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Sternito basali nullo modo canaliculato. Thorace longitudine fere $1^2/_3$ latiore, medio satis subtiliter, laterailter fortius punctato, medio nullo modo sulcato. Elytris supra convexis. Tarsis nigris. Long.: 10·5, lat.: 4 mm. Asia Minor: Karabunar. Persia: Luristan.

47. **S. cyaneonigra** Kerr.

155 (154) Articulo tertio antennarum illo secundo solum paullo longiore. Sternito basali canaliculato. Thorace longitudine circiter 1⅓ latiore, medio subtilissime, lateraliter paullo fortius punctato, medio postice late sulcato. Elytris in regione scutellari late depressis: Tarsis violaceocupreis, illis posticis cyaneis. Turkmenia: Askhabad. Long.: 10·7, lat.: 4·5 mm.

48. **S. cyanea** B. Jak.

156 (67) Corpore subtus cupreo vel cupreoaeneo, rarius aeneovirente, abdomine etiam medio saepissime metallico cupreo, nonnunquam parte corporis inferioris media obscurata, nigra, sine ullo vestigio coloris roseoviolacei vel cyanescenti in partibus corporis inferioris lateralibus. Corpore subtus saepissime unicolori, metallico solum rarissime (S. navicula B. Jak.) sternito anali solo cyaneo.

157 (262) Species magnae, minus elongatae, robustiores (long.: 14—25 mm), longitudine corporis latitudine solum circiter triplo maiore, sculptura generali, praecipue in thorace, fortiore.

158 (159) Oculis latitudine triplo longioribus. Supra nigra, nitida, subtus nigra, lateribus summis abdominis aenescentibus. Ovalis, elongata, convexa, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, medio superficialiter, anguste subsulcato,, sulco hoc parum distincto. Elytris apice separatim rotundatis, subtiliter lineolatim seriatis, interstitiis planis, transverse subrugosis, humeris subelevatis. Processu prosternali lateraliter striatim marginato, sternitis duabus anticis canaliculatis; abdomine fere glabro. Long.: 16, lat.: 6·5 mm. Senegal.

49. **S. Maura** B. Jak.

159 (158) Oculis minus angustatis, latitudine duplo vel 2½ longioribus. Segmento abdominali solo primo canaliculato vel, saepe, integro.

160 (161) Episternis metathoracalibus dense pilosis. Sternitis abdominis non solum lateraliter, in angulis lateroanterioribus, sed etiam parte satis longa laterali marginis anterioris sternitorum pilositate adhaerente albida dense tecta. Cupreoaenea, subtus valde nitida. Thorace elytris duplo latiore, lateraliter leviter depressiusculo. Elytris lineolatim, breviter seriatis, apice conjunctim rotundato. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Coxis posterioribus in tertia parte interiori subangulatim emarginatis, parte interna subdilatata. Corpore lato, supra satis leviter convexo, potius subdepresso. Long.: 19—22, lat.: 7—8 mm. Persia: Hamadan. Asia Minor: Anatolia.

50. **S. magna** Cast. & Gorg.

161 (160) Abdominis lateribus glabris vel sparse pilosis vel abdomine lateriter fascia pilosa contigua angusta marginato; marginibus latero anterioribus sternitorum glabris. Species minus latae, magis cylindricae, convexiores.

162 (167) Interstitiis alternis elytrorum elevatis vel subelevatis.

163 (166) Metasterno et sternito basali distincte longitudinaliter sulcatis. Abdomine subtiliter et sparse punctato; sternito anali concolori. Corpore versus apicem solum medice attenuato.

164 (165) Minor (long.: 14·2, lat.: 5·5 mm), aenea, satis nitida, corpore subtus medio nigrescente. Thorace longitudine circiter duplo latiore, supra subaequaliter punctato. Scutello cordiformi. Elytris apice conjunctim rotundatis; interstitiis 2, 4 et praecipue 8 in parte apicali elytrorum elevotis. Syria.

51. **S. modesta** B. Jak.

165 (164) Maior (long.: 18, lat.: 6 mm), supra violaceonigra, subtus cuprea. Thorace longitudine solum 1¾ latiore, versus latera multo fortius punctato. Scutello transverso. Elytris apice separatim rotundatis, interstitiis 1, 3, 5, 7, 9 iam a basi, sed solum leviter elevatis.

52. **Sph. Nereis** m. n. sp. (28).

Hab.: Asia Minor: Mardin-Taurus. Long.: 18, lat.: 6 mm.

Subtus cuprea, nitida, satis obscura, supra violaceonigra, parum nitida, leviter violaceonitens. Robusta, ovalis, versus apicem modice attenuata. Capite magno, satis convexo, lato, spatio interoculari frontis parallelo, longitudine 1½ latiore. Antennis nigris, satis fortibus, articulo basali illos tres ultimos iunctos longitudine adaequante; articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulo secundo illo quarto distincte breviore. Thorace longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, antice bisinuato et subtiliter totaliter marginato, carina laterali recta, usque ad quartam partem anteriorem producta. Thorace in basi summum latitudinis attingente, dein usque ad medium levissime, dein arcuatim rotundato et attenuato, angulis basalibus subobtusis; punctura fundamentali thoracis et capitis indistincta, illa generali thoracis subtili, sparsa, lateraliter densiore et fortiore. Thorace aequaliter convexo, lateraliter parum distincte, late depressiusculo, fovea antescuteellari notato. Scutello longitudine duplo latiore. Elytris thoracis basi parum latioribus, convexis, latitudine circiter 2¼ longioribus,

postice satis declivibus, humeris subelevtis; usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe curvatim attenuatis, apice opso separatim, satis tenuiter rotundato. Elytrorum striis e lineolis subtilibus vere distinctis, haud impressis formatis, interstitiis planis, illis alternis (1, 3, 5, 7, 9) distincte subelevatis, interstitiis omnibus punctis sparsis subtilibus irregulariter tectis. Prosterno sparse, fortiter punctato, processu prosternali lateraliter stria marginato, metasterno leviter canaliculato, sternito basali distincte tenuiter sulcato. Abdomine nitidissimo, etiam in medio cupreo, lateraliter haud piloso, sparse, subtiliter, superficialiter punctato, solo sternito basali post coxis posterioribus fortiter dense strigose punctato. Coxis posticis margine apicali recto.

166 (163) Metasterno et sternito basali integris, sulco longitudinali nullo, ovalis, versus apicem fortiter attenuata, antice dilatata, subtus convexior, cupreoaenea, nitida, sternito anali cyaneo, abdomine lateraliter piloso marginato. Fronte inaequali, antennarum articulo tertio illo secundo $1^1/_3$ longiore. Thorace medio postice late depressiusculo. Striis elytrorum e lineolis parvis formatis; interstitiis 2, 4, 6 subelevatis; elytris postice conjunctim rotundatis. Long.: 17·5, lat.: 7·5 mm. Trnascaspia: Krasnovodsk. Vide:

189. **S. navicula** B. Jak.

167 (162) Interstitiis alternis elytrorum (ne postice quidem!) nullo modo elevatis.

168 (257) Species oblongae, ovales, abdomine semper (lateraliter observato), satis convexo, corpore supra parum vel modice solum declivi.

169 (206) Abdomine toto (= etiam parte media) clare cupreo vel aeneo, simpliciter punctato, nitido.

170 (179) Corpore supra vere subtiliter sculpto, striis elytrorum subobliteratis vel vere subtilibus, itaque corpore supra (praecipue thorace) aspectu alutaceo et saepe sericeomicante. Species cupreae vel aeneo cupreae.

171 (176) Metasterno atque sternito basali medio longitudinaliter sulcatis. Elytris denticula apicali saturali nulla.

172 (173) Interstitiis elytrorum inaequalibus, elytris postice conjunctim rotundatis. Oblonga, parum convexa, articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore; striis elytrorum satis indistinctis, processu prosternali immarginato. Abdomine lateribus pilosomarginatis. Long.: 18, lat.: 7 mm. Syria.

53. **S. lobicollis** Mars.

173 (172) Interstitiis elytrorum aequalibus, sculptura tota elytrorum subaequali. Elytris postice separatim rotundatis. Oblonga, satis convexa, articulo tertio antennarum illo secundo solum $1^1/_2$—$1^2/_3$ longiore.

174 (175) Corpore magno (long.: 20·5, lat.: 7·5 mm), versus apicem magis attenuato, thorace longitudine circiter $1^3/_4$ vel fere duplo latiore, carina thoracis latiore recta, thorace medio multo subtilius punctato, punctis lateralibus multo minus densis. Scutello multo latiore. Elytris apice externe oblique subtruncatim rotundatis; punctis interstriorum elytrorum multo subtilioribus. Processu prosternali lateraliter stria submarginato. Abdomine multo nitidiore, multo subtilius punctato. Asia Minor: Mardin, Taurus. Vide:

62b. **S. tauricola var. obliteratostriata** m. n. var.

175 (174) Corpore minore (long.: 16—17, lat.: 5—6 mm), versus apicem solum leviter attenuato, thorace longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, carina thoracis leviter sinuata, thorace medio et lateraliter punctura uniformi, multo fortiore, densa, scutello multo minus transverso. Elytris apice late simpliciter rotundatis, punctis interstriorum multo distinctioribus, maioribus. Processu prosternali immarginato, abdomine multo minus nitido, fortius et densius punctato. Persia.

54. **Sph. Kličkai** m. n. sp. (29).

Hab.: Persia: Bazuft. Long.: 16—17, lat.: 5·7—6 mm.

Corpore oblongo, convexo, satis robusto. Supra et subtus laete cuprea, supra parum nitida, sericeomicans, subtus vere nitida, clara. Capite lato, reliephis nullis, fronte convexa, spatio interoculari frontis versus anticem leviter divergente, longitudine circiter $1^1/_3$ latiore; fronte dense, satis irregulariter punctis mediocribus tecta; thoracis et capitis punctura fundamentali subtilissima, sed distincta. Antennis obscure cuprascentibus, articulo tertio illo secundo $1^2/_3$ longiore. Thorace longitudine $1^2/_3$ latiore, aequaliter, convexo, punctis mediocribus aequaliter, satis dense, regulariter tecto, a basi usque ad medium parallelo, dein versus anticem regulariter curvatim attenuato, antice valde bisinuato, angulis anticis acutis, totaliter stria subtili marginato, carina laterali recta et usque ad quintam partem anteriorem producta. Scutello late subcordiformi, longitudine fere duplo latiore. Elytris thorace paullo, sed distincte latioribus, regulariter convexis, latitudine 2½ longioribus, usque ad medium parallelis, dein ad apicem in linea curvata regulari longe attenuatis, apicibus anguste separatim rotudatis, margine externo totaliter (♀) vel solum antice (♂) marginato, sculptura elytrorum subtili et subaequali, punctis interstitiorum et illarum striarum, perparum distinctarum fere aequalibus, itaque elytrorum punctura, praecipue lateraliter, aspectu aequali, haud seriato. Corpore subtus nitido, processu prosternali immarginato, sparse mediocriter punctato, metasterno modice canaliculato, sternito basali medio distincto sulcato, abdomine nitido, mediocriter, apud ♂ fortius et paullo densius, irregulariter punctato, etiam lateraliter fere glabro. Sternito anali densius punctato, (♀) tenuiter rotundato vel apice late truncatim rotundato (♂) tibiis anticis ♂ valde curvatis, illis postius ♂ simplicibus, haud calcaratis, tarsorum posteriorum raticulo basali ♂ illos duo ultimos unitos longitudine adaequalibus nullo ultimo longitudine aequali.

Amico Dom. MUDr. J. Klička, entomologo Pragensi in honorem denominata.

176 (171) Metasterno atque sternito basali nullo modo canaliculatis. Elytris apice denticula parva suturali munitis. Antennarum articulo tertio illo secundo circiter 1½ longiore. Carina laterali thoracis leviter curvata.

177 (178) Minor (long.: 16—19, lat.: 5·5—6 mm), magis cuprea, gracilior. Thoracis margine anteriori multo fortius bisinuato, lobo medio fortius producto. Capite minus lato. Thorace ante scutello solum foveola parva munito, ibidem haud depresso, medio fortius punctato. Elytris magis parallelis, magis inaequalibus, hic et ubi tranverse, praecipue lateraliter subrugatulis. Scutello multo minore. Abdomine fortius punctato. Pedibus fortioribus. Turkestan: Ferghana.

55. **S. nomadica** Obenb.

178 (177) Maior (long.: 20, lat.: 6·7 mm), obscurius cupreoaenea, robustior. Thoracis margine anteriori multo levius bisinuato, lobo medio levius producto. Capite latiore. Thorace ante scutello depressione lata rotunda notato. Elytris versus apicem fortius attenuatis, aequalibus, rugis transversis nullis. Scutello multo maiore, transverso. Abdomine multo subtilius punctato. Pedibus multo subtilioribus, gracilioribus.

56. **Sph. Sumakovi** m. n. sp. (30).

Hab.: Transcaspia („Zakaspickaja oblast«); G. Sumakov lgt. Long.: 20, lat.: 6·7 mm.

♀ Species magna, oblonga, supra satis, subtus fortius convexa, supra cuprea, subtus parum obscurior, corpore toto nitido. In superficie tota punctura fundamentali perpusilla sed vere distincta. Capite satis lato, parte interoculari

frontis parallela et longitudine circiter $1^1/_3$ latiore, fronte antice leviter depressiuscula, haud sulcata, subtiliter dense punctata. Antennarum articulo tertio illo secundo circiter 1½ longiore. Thorace longitudine $1^1/_2$ latiore, antice valde bisinuato et parum listincte, sed totaliter marginato, a basi usque ad medium parallelo, dein versus anticem valde rotundato, ante scutello late, sed simpliciter, rotundatim depressiusculo, medio sparse et simpliciter, mediocriter, lateraliter dense et subalveolatim punctato. Carina laterali usque ad quartam partem anteriorem producta, medio sinuata, postice declivi. Scutello longitudine duplo latiore, elytris latitudine circiter 2¾ longioribus, thorace paululło latioribus, usque ad tertiam partem basalem parallelis, dein in linea longa regulari longe curvata ad apicem attenuatis, apice ipro separatim, anguste, transverse truncato, extus obtuse rotundato, intus denticula parva suturali notato. Elytris subtiliter, satis regulariter punctato seriatis, seriebus solum antice lateraliter levissime subimpressis, dein superficialibus, interstitius nullo modo elevatis, sparse, subtiliter punctulatis. Processu prosternali imarginato, mesosterno plano, sternito baali convexo, nullo modo sulcato, abdomine nitido, sparse subtiliter, superficialiter punctato, solum parte laterali postcoxali sterniti basalis, mesosterni atque prosterni punctis fortioribus subalvestiformibus tectis. Femoribus angustis, tibiis tarsisque vere gracitibus.

Domino G. Sumakov in honorem et memoriam denominata.

179 (170) Corporis sculptura supra fortiore, haud alutacea, itaque corpore supra haud sericeomicante.

180 (189) Punctis serierum elytrorum rotundis vel e lineolis breviosimis, puncti formibus, regularibus compositis.

181 (182) Thorace fortiter, etiam in medio punctato. Punctura thoracis atque corporis inferioris fortiore.

57. **Sph. Mrázi** m. n. sp. (31).

Hab.: Graecia (Krüper). Long.: 15, lat.: 5 mm.

♀ Species oblonga, postice attenuata, convexa, supra modice, subtus fortius nitida, obscure rubrocuprea. Punctura fundamentali capitis et thoracis perpusilla, sed distincta. Capite lato, transverso, fronte nullo modo canaliculata, spatio interoculari frontis longitudine circiter 1½ latiore. Antennis brevibus et gracilibus, nigris; antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Capite satis fortiter, satis dense irregulariter punctato, thorace longitudine $1^2/_3$ latiore, a basi usque ad tertiam partem anteriorem parallelo, dein rotundato, angulis anticis brevibus, acutis, margine antico bisinuato, totaliter marginato, thorace aequaliter convexo, dense, irregulariter, satis grosse punctato, punctis his lateraliter solum paullo densioribus et fortioribus. Carina laterali usque ad quintam partem anteriorem producta, leviter subsinuata, basi paullo deflexa. Scutello longitudine duplo latiore, elytris thorace haud latioribus, usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe, in linea regulariter curvata, attenuatis; apice separatim, satis anguste rotundato, sculptura satis obliterata, seriebus inter punctura mediocri interstitiorum parum distinctis. Elytris normaliter convexis, impressionibus nullis. Prosterno immarginato, sparse et grosse punctato, metasterno sulco medio nullo, sternito basali medio haud sulcato, abdomine nitido, lateraliter solum parum conspicue piloso, satis nitido, etiam in medio cuprescente, punctis sparsis, praecipue antice breviter strigiformibus, mediocribus, antice fortibus, satis dense tecto. Pedibus brevibus et fortibus, tarsis brevibus.

In memoriam Amici Carissimi, Sectionis entomologiae Musaei Nationalis Pragensis collectoris diligentissimi Dom. Jaro Mráz in Sao Paulo animo pio in honorem denominata.

182 (181) Punctis thoracis (praecipue in medio) atque corporis inferioris mediocribus, multo subtilioribus.

183 (184) Superficie corporis nigra. Forma minus convexa, magis ovali, angulis posticis thoracis obtusis, rotundatis.

58. **Sph. oresitropha** m. n. sp. (32).

Hab.: Syria-Taurus. Long.: 14, lat.: 5·5 mm.

Species convexa, nitida, subnavicularis, supra nigra, subtus cuprea, lateribus corporis inferioris paullo magis cuprescentibus. Capite convexo, satis irregulariter punctis mediocribus tecto, spatio interoculari frontis longitudine $1^2/_3$ latiore, antennis nigris, gracilibus, antennarum articulo tertio gracili, illos duo ultimos unitos longitudine adaequantae, illo articulo secundo $1\frac{1}{2}$ longiore. Thorace longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, in basi summum latitudinis attingente, dein versus anticem primo fere recte, dein laeviter curvatim, satis fortiter, atenuato, satis plane convexo, antice fortiter late bisinuatim emarginato, totaliter marginato, fovea circulari parva antescutellari notato, medio subtiliter, satis dense, lateraliter duplo fortius et paullo densius punctato, punctura fundamentali perpusilla haud distincte, thoracis angulis posticis obtusis rotundatis. Carina laterali usque ad tertiam partem anteriorem producta recta, scutello subpentagonali longitudine fere duplo latiore. Elytris in medio longitudinis corporis latissimis, itaque thorace paullo latioribus. Elytris usque fere post medium parallelis, dein versus apicem longe rotundatim attenuatis, apice ipso subtruncato; elytris superficialiter punctato seriatis, seriebus e lineolis hic et ubi lineolatim conjunctis compositis, interstitiebus punctura mediocri satis densa irregulari notatis. Prosterno dense fortiter punctato, processu prosternali immarginato, apice foveola longitudinali notato. Metasterno atque sternito basali medio distincte sed satis superficialiter canalliculatis. Abdomine nitido, glabro, sparse superficialiter, subtiliter punctato, solum illa punctura sterniti basalis densa mediocri longitudinaliter strigiformi. Pedibus brevibus et fortibus, femoribus modice inflatis.

184 (183) Superficie corporis cuprea. Forma convexiore, maiore, magis elongata, angulis posticis thoracis rectis.

185 (188) Elytris apice separatim rotundatis. Maior. Abdomine multo nitidiore, multo subtilius et sparsius punctato. Mesosterno et sternito basali solum leviter canaliculatis. Carina laterali thoracis versus angulos posticos distincte deflexa.

186 (187) Capite minus lato. Forma graciliore. Elytris subtiliter striatopunctatis, punctis haud foveolatis. Thorace medio fortius et distinctius punctato. Scutello maiore. Processu prosternali lateraliter serie punctorum marginato. Long.: 20, lat.: 6·5 mm. Mesopotamia: Mossul.

59. **S. maledicta** Obenb.

187 (186) Capite latiore. Forma robustiore, versus apicem fortius attenuata. Elytris striatopuctatis, punctis foveoliformibus. Scutello minore. Processu prosternali lateraliter striatim marginato.

60. **Sph. corrosa** n. sp. m. (33).

Hab.: Persia. Long.: 20, lat.: 7·5 mm.

Species robusta, crassa, cuprea, supra satis fortiter subtus valde nitida. Capite lato, dense subtiliter punctato, haud impresso. Antennis brevibus, nigris, antennarum articulo tertio illo secundo fere duplo longiore. Thorace in basi summum latitudinis attingente, angulis posticis acutis, versus anticem usque ad tertiam partem anteriorem fere recte, dein arcuatim attenuato, longitudine circiter $1^2/_3$ latiore, antice fortiter bisinuatim emarginato, totaliter marginato. Elytris circiter in medio longitudinis totius corporis summum latitudinis attingentibus, navicularibus, a tertia parte anteriori versus apicem longe et fortiter

curvatim attenuatis, apicibus ipsis separatim rotundatis, elytris latitudine circiter $2^1/_5$ longioribus, distinctissime seriato lineolatis, lineolis brevibus, impresiss, subfoveolatis, itaque sculpture elytrorum aspectu foveolatim seriato. Interstitiis laeviter transverse subrugatulis, laevissime subconvexis, minutissime corriaceis, punctis sparsis subtilibus irregularibus tectis. Prosterno sparse et satis fortiter punctato, processu prosternali lateraliter linea punctorum marginato, metasterno atque sternito basali solum vere indistincte canaliculatis. Abdomine nitidissimo, solum punctis perpusillis sparsis irregulatiter tecto. Punctura sterniti basalis praecipue lateraliter forte strigiformi, sternito anali distinctius densius punctato. Thorace punctura medio subtili, lateraliter duplo fortiore et densiore, carina laterali recte, usque ad quartam partem anteriorem producto, basi laeviter deflexa. Pedibus fortibus, cupreis, nitida.

188 (185) Elytris conjunctim rotundatis. Abdomine minus nitito, multo fortius et densius punctato. Metasterno et sternito basali fortiter canaliculato. Carina laterali thoracis versus angulos posteriores haud deflexa.

60. **Sph. Satrapa** m. n. sp. (34).

Hab.: Persia—Shirvan. Long.: 16, lat.: 5·7 mm.

Cuprea, subtus magis nitida; oblonga, satis robusta, versus apicem solum modice atenuata. Capite vere lato, robusto, inimpresso. Fronte irregulariter, mediocriter punctata. Antennarum articulo tertio illo secundo fere duplo longiore; antennis nigris, satis gracilibus. Thorace longitudine circiter 1¾ latiore, a basi usque ad medium parallelo, versus anticem rotundatim attenuato, antice profunde bisinuatim emarginato, stria subtili totaliter marginato, foveola parva antescutellari notato, punctura fundamentali thoracis et capitis subtilissima, parum distincta, punctura generali thoracis medio subtili, lateraliter fortiore simplici, carina laterali recta, usque ad quintam partem anteriorem producta, basi haud deflexa. Scutello subpentagonali, longitudine fere duplo latiore. Elytris trorace haud latioribus, usque fere ad medium parallelis, dein versus apicem satis laeviter rotundatim attenuatis, apice late conjunctim rotundato. Elytris subtiliter sculptis, lineolatim seriatis, lineis brevibus, parum impressis, interstitiis planis, sparse subtiliter irregulariter punctatis, versus latera subtiliter, parum distincte, transverse plicatulis. Processu prosternali lateraliter lineatim marginato, medio sparse mediocriter punctato, metasterno atque sternito basali profunde canaliculatis, abdomine nitido, satis dense, in segmento anali densius, mediocriter punctato, punctis antice substrigiformibus, sculptura hac praecipue in parte laterali segmenti basalis conspicua. Abdomine lateraliter, subtiliter griseo piloso. Segmento anali ♂ apice transverse subtruncato, late rotundato. Tibiis posticis ♂ intus bisinuatis, in parte praeapicali intus laeviter calcaratis. Pedibus fortibus, fortiter punctatis, aeneocupreis.

189 (180) Seriebus elytrorum e lineolis plus vel minus prolongatis compositis.

190 (193) Corpore supra nigro, abdomine medio obscurato. Species magna, robusta. Asia Minor, Taurus.

191 (192) Gracilior, minor (16—18 mm), elytris magis parallelis, versus apicem minus attenuatis. Vide:

76. **S. dichroa** B. Jak.

192 (191) Robusta, magna (18—23 mm) elytris postice magis attenuatis. Thorace lateraliter leviter subdepresso. Vide:

76a. **S. dichroa ssp. encausta** B. Jak.

193 (190) Corpore supra aeneocupreo vel brunneoaeneo.

194 (205) Elytris apice separatim rotundatis. Thorace versus basim haud rotundatim attenuato, solum versus anticem rotundato.

195 (204) Sternito basali et metasterno distincte canaliculatis. Thorace elytris basi haud angustiore; in disco ante foveola antescutellari haud depressiusculo. Species e Syria, Mesopotamia, Asia Minori.

196 (203) Thorace lateraliter depressione laterali distinctiore nulla. Corpore subtus solum subtiliter et haud dense punctato, nitidiore. Abdomine lateraliter solum indistincte vel parum distincte piloso.

197 (198) Minus robusta, magis parallela (long.: 17·5, lat.: 6 mm), corpore subtus medio nigro obscurato. Tibiis ♂ posterioribus extus magis curvatis. Abdomine densius et fortius punctato, minus nitido. Capite minus lato. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Asia Minor, Vide:

76b. **S. dichroa ssp. crassiceps** B. Jak.

198 (197) Magis robusta, versus posticem magis attenuata, corpore subtus etiam in medio laete metallico. Tibiis ♂ posterioribus extus haud curvatis. Abdomine sparsius et multo subtilius punctato, nitidiore. Capite latiore, maiore. Antennarum articulo tertio illo secundo solum 1½ longiore. Asia Minor. Mardin. Long.: 18—21, lat.: 7—8 mm.

199 (202) Sculptura elytrali distincta.

200 (201) Sculptura elytrali mediocri, lineolis striarum haud foveolatim impressis, itaque superficie elytrorum magis aequali.

61. **S. tauricola** Obenb.

201 (200) Sculptura elytrali forti, lineolis striarum foveolatim impressis, superficie elytrorum magis variolata.

61b. **Sph. tauricola var. obliteratostriata** m. n. var. (36).

Hab.: Mardin.

A typo lineolis striarum elytrorum foveolatim impressiusculis itaque sculptura elytrali satis inaequali, variolata, hic et ibi transverse subrugatula differens.

202 (199) Sculptura elytrorum perpusilla, obliterata.

61b. **Sph. tauricola var. obliteratostriata** m. n. var. (36).

Hab.: Mardin.

A typo elytris subtilissime sculptis, aequalibus, striis, subobliteratis, parum distinctis vel in punctura fundamentali evanescentibus differens.

203 (196) Thorace lateraliter depressione manifesta, plana longitudinali, in disco foveolis quattuor transverse positis notato. Corpore subtus punctis mediocribus satis dense tecto, minus nitido. Abdomine lateraliter valde distincte piloso marginato, medio saepe obscuriore. Margine thoracis laterali late, sed distincte subinflato. Long.: 15·5—17, lat.: 5·5—6 mm. Syria, Mesopotamia.

62. **S. signaticollis** B. Jak.

204 (195) Sternito basali et metasterno nullo modo canaliculatis. Thorace elytris basi distincte angustiore, in parte discali media, antescutellari leviter late depressiusculo. Species ex Asia centrali.

63. **Sph. Alexandri** m. n. sp. (37).

Hab.: Montes Alexandri (Asia centralis). Long.: 19·5, lat.: 6·8 mm.

Supra obscure brunneocuprea, satis nitida, supra nitidior. Elongata, supra satis plane convexa; capite magno, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, fronte irregulariter, antice densius, satis subtiliter punctata, medio plagulis duabus obliquis parum distinctis, punctura fundamentali capitis (et thoracis) porum distincta. Thorace longitudine 1⅔ latiore, antice modice bisinuato et totaliter stria subtili marginato, lateribus usque ad medium parallelis, rectis, dein versus anticem rotudatim attenuatis, angulis anticis parum productis. Thorace fovea antescutelari, in depressione maiore ovali vaga posita, lateraliter leviter subdepresso, medio sparse, simpliciter, versus latera dense, duplo fortius, subalveolatim punctato, carina laterali recta, postice nullo modo

deflexa, usque ad quartam partem anteriorem producta. Scutello longitudine duplo latiore, transverse pentagonali. Elytris thorace distincte latioribus, latitudine circiter 2½ longioribus, usque ad tertiam partem apicalem parallelis, dein versus apicem satis fortiter attenuatis, apice satis angusto, elytrorum apicibus anguste separatim rotundatis. Elytris in fundamento leviter coriaceis, regulariter lineolato seriatis, lineolis parum depressiusculis, distinctis, interstitiis sparse, subtiliter punctulatis, planis. Prosterni processu sparse mediocriter punctato, lateraliter stria distincta marginato, metasterno atque sternito basali nullo modo canaliculatis. Abdomine nitido, fere laevi, solum lateraliter tenuiter, parum distincte piloso marginato, solum in sternito basali punctis aliquot satis fortibus tecto. Coxarum posteriorum margine apicali in tertia parte interna sinuato. Pedibus satis longis, satis fortibus.

205 (194) Elytris apice conjunctim rotundatis, incisione intecta apicali suturali nulla. Thorace lateribus rotundatis, etiam versus basim attenuatis. Corpore subtus satis dense punctis mediocribus tecto. Obscure aeneocuprea, violacens; articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Long.: 16·5, lat.: 6 mm. Graecia: Parnassos.

64. **S. parnassica** B. Jak.

206 (169) Abdomine cupreo vel aeneo, parte media longitudinali nigrescente et obscurata, nonnunquam abdomine toto nigro et solum partibus episternalibus et lateralibus cupreis, sed illis dein sine ullo nitore cyaneo vel roseoviolaceo.

207 (208) Sculptura aequali et vere subtili. Seriebus longitudinalibus subtilibus; superficie aspectu laevi. Humeris satis prominentibus. Nigra, nitida, subtus aenea, medio obscurata. Fronte antice cupreo vel violascente. Articulo tertio antennarum illo secundo fere duplo longiore. Abdominis segmento basali canaliculato. Long.: 16·5, lat.: 5·5 mm. Persia: Shiraz.

65. **S. exasciata** B. Jak

208 (207) Sulptura elytrorum saepissime fortiore; si sculptura subtili, dein seriebus longitudinalibus multo distinctioribus, e lineolis longioribus compositis. Humeris haud prominentibus. Parte epistomali frontis concolore.

209 (218) Punctis abdominis breviter lineiformibus, praecipue illis sterniti basalis prolongatulis. Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore. Elytris postice conjunctim rotundatis, saepissime transversim subrugatulis, variolatis et inaequalibus. Punctura abdominis fortiore et densiore. Pedibus fortioribus, brevioribus.

210 (211) Carina laterali thoracis prostice haud deflexa, recta. Scutello minore. Capite minore, minus lato. Elytris haud variolatis, multo subtilius sculptis.

66. **Sph. Syriae** m. n. sp. (39).

Hab.: Syria. Long.: 15, lat.: 5·7 mm.

Oblonga, satis robusta, supra obscure cupreoaenea, subtus paullo obscurior, sed lateraliter laetius cuprascens. Forma generali illae c o r a c i n a e Steven haud diffinis.

Capite valde lato, dense, subtiliter, inregulariter punctato, plagulis mediis nullis. Punctura fundamentali capitis (et thoracis) valde pusilla, sed distincta. Antennis nigris, nitidis, brevibus, articulo tertio illo secundo paullo magis quam 1½ longiore. Thorace longitudine $1^3/_5$ latiore, in tertia parte posteriori summum latitudinis attingente, lateribus rotundatis et etiam versus basim, quamquam leviter, attenuatis. Thorace antice bisinuato et stria subtili totalites marginato, medio sparse et subtiliter, simpliciter, lateraliter dense, multo fortius, semiarcuatim punctato, fovea parva rotunda antescutellari notato. Carina laterali thoracis recta, postice haud deflexa, usque ad quartam partem ante-

riorem producta. Scutello longitudine circiter $1^3/_5$ latiore, subpentagonali, elytris thorace haud latioribus, latitudine 2½ longioribus, usque ad medium parallelis, ne ibi quidem thoracem latitudine superantibus, dein versus apicem satis leviter curvatim attenuatis, apice satis late coniunctim rotundato. Elytris subtiliter atque superficialiter lineolato seriatis, interstitiis planis microscopice subcoriaceis, subtilissime sparse punctulatis. Processu prosternali lato, sparse, fortiter punctato, metasterno et sternito basali profunde canaliculatis; abdomine valde nitido, dense mediocriter punctato, punctis praecipue antice longe strigiformibus; abdomine lateraliter distincte, sed haud fasciatim piloso marginato. Sternito annali dense punctato, illo ♂ apice truncatim rotundato.

211 (210) Carina laterali thoracis postice deflexa. Scutello maiore. Capite latiore, maiore. Elytris plus vel minus manifeste transverse plicatim rugatulis et variolatis, fortius sculptis. Rossia m. (Krim,? Astrachaň). Caucasus (Erivaň, Jelizavetpol, Talyš); Asia Minor, Syria, Mesopotamia, Persia,? Dalmatia,? Sardinia,? Long. 15—18., lat.: 5·5—6·8 mm.

212 (215) Corpore supra et subtus nigro.*)

67. **S. coracina** Stev.

213 (214) Thorace aequaliter convexo, foveolis nullis.

214 (213) Thorace medio foveolis quattuor transverse dispositis notato.

67a. **Sph. coracina ab. quadristigmosa** m. n. ab. (39).

Hab.: Asia Minor, Anatolia: Ak-Chehir, Eski Chehir.

Colore nigro. A typo foveolis quattuor transverse dispositis discalibus thoracis differens.

215 (212) Corpore supra et subtus aeneocupreo.

216 (217) Thorace foreolis transverse dispositis nullis.

67b. **S. coracina var. Babel** Mars.

217 (216) Thorace foveolis quattuor transverse dispositis notato.

67c. **S. coracina ab. quadrifoveolata** Mars.

218 (209) Punctis abdominis normalibus, haud strigiformiter prolongatis. Elytris apicibus separatim rotundatis, longioribus. Corpore magis prolongato, pedibus longioribus vel gracilioribus.

219 (232) Elytris regulariter punctato seriatis, seriebus e punctis rotundulis compositis vel punctura superficiei elytrorum subobliterata, ex elementis brevissimis composita.

220 (231) Elytrorum apice denticula suturali nulla.

221 (224) Colore supra nigro. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Abdomine lateraliter vere parum pilosomarginato.

222 (223) Elytris fortius foveolatim punctatoseriatis. Fronte et thoracis medio subtilius punctatis. Capite minore. Scutello minore, minus transverso. Margine posteriori coxarum posteriorum recto. Pedibus brevioribus. Thorace medio levissime, parum distincte sulcato, angulis posticis rectis.

68. **Sph. poëtica** m. n. sp. (39).

Hab.: Graecia: Parnassos. Krim. Caucasus. Long.: 16—17·5, lat.: 5—5·8 mm.

Species oblonga, satis nitida supra nigra subtus lateraliter cuprescens, medio nigro obscurata. Capite satis parvo, subtiliter irregulariter punctato, antennis nigris, articulo tertio illo secundo duplo longiore. Punctura fundamentali thoracis et capitis perpusila, haud distincta. Thorace longitudine circiter 1½ latiore, antice bisinuato, stria subtili totaliter marginato, a basi usque ante medium parallelo, dein rotundatim atenuato, medio linea leviter impressa

*) Kerremans speciem hanc uti ♂, var. Babel Mars. uti ♀ consideravit. A forma utraque multa specimina ♂ ♀ prossideo.

longitudinali, parum distincta notato, lateraliter satis subtiliter et sparse, medio subtilissime, sparsius punctato. Carina laterali recta, usque ad quartem partem anteriorem distincta, basi leviter deflexa. Scutello transverse subcordiformi longitudine circiter 1½ latiore. Elytris satis convexis, thorace haud vel perparum latioribus, latitudine 2½ longioribus, usque ad medium subparallelis, dein versus apicem longe curvatim attenuatis, apice ipso separatim (♀) vel fere separatim rotundato.

Sculptura elytrorum e lineis puncturum subrotundorum composita. Elytrorum superficie aequali, interstitiis nullo modo elevatis, sparse subtiliter punctulatis. Elytris lateraliter totaliter (♀) vel solum antice (♂) marginatis. Prosterno sparse, fortiter punctato, haud marginato; mesosterno et metasterno solum leviter canaliculatis; abdomine sparse, usbtiliter, simpliciter punctato, lateraliter haud vel parum conspicue piloso. Tarsorum posteriorum articulo basali illos duo ultimos longitudine adaequante (♂), vel solum articulo illo basali atque ultimo longitudine aequalibus (♀).

223 (222) Elytris subtiliter simpliciter punctatoseriatis, punctis serierum nullo modo foveolatis. Fronte et thoracis medio fortius punctatis. Capite maiore, latiore. Scutello maiore, longitudine duplo latiore. Margine posteriori coxarum posticarum late bisinuato. Pedibus longioribus. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore, medio haud sulcato, angulis posticis obtusis. Long.: 15·5, lat.: 5·5 mm. Persia occ. Akhal-Tekké. Taurus: Mardin.

69. **S. adusta** B. Jak.

224 (221) Colore supra metallico, cupreo vel aeneo, rarius virescente.

225 (230) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Species maiores.

226 (229) Elytris versus apicem minus fortiter attenuatis, corpore minus lato, minus robusto. Articulo quarto antennarum lato et brevi, illo secundo solum circiter 1½ longiore. Sculptura superficiei, praecipue elytrorum subtiliore.

227 (228) Articulo quarto antennarum illo quinto distincte longiore. Brevior, convexior. Elytris postice magis declivibus. Capite minus lato. Angulis posticis thoracis fere rectis. Elytris usque ad tertiam partem apicalem parallelis, distinctius punctatoseriatis. Pedibus brevioribus, tibiis posterioribus ♂ margine externo recto. Prosterno medio fortius punctato. Thorace longitudine 1⅓ latiore, linea subtilissima media impressa notato; obscure cuprea. Long.: 17, lat.: 6 mm. Persia. Asia Minor.

70. **S. derugata** Redtb.

228 (227) Articulo quarto antennarum illo quinto aequali. Longior, supra magis deplanata, elytris (a latere visis) haud declivibus, iam a tertia parte basali attenuatis, seriebus subobliteratis. Pedibus longioribus, tibiis posterioribus ♂ margine externo leviter extus curvato. Thorace longitudine $1^2/_3$ latiore, linea media impressa nulla. Supra aenea, irridescens, leviter sericeomicans. Prosterno medio multo subtilius punctato.

71. **Sph. Zobeida** m. n. sp. (40).

Hab.: Persia: Kharoom. Long.: 19·5, lat.: 6·8 mm.

Species elongata, satis robusta, supra leviter, subtus multo magis convexa, subtiliter sculpta, supra aeneovirens, subtus cuprea. Capite lato, reliephis frontis nullis, fronte convexa, parte interoculari frontis longitudine circ. $1^2/_5$ latiore, antennis nigris, antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Thorace lato, longitudine circ. 1⅔ latiore, antice valde bisinuato, totaliter marginato, usque ad fere quartam partem anteriorem fere subparallelo, dein versus anticem rotundatim attenuato, angulis anticis parum acutis, versus basim ante angulis posticis breviter, leviter attenuato. Thorace medio subtiliter, lateribus

fortius, sed etiam solum mediocriter punctatis, punctura fundamentali perpussila, sed tamen distincta. Carina laterali postice breviter desuper visibili, recta, usque ad quartam partem anteriorem producta, basi distincte deflexa. Scutello magno, longitudine circiter duplo latiore, subpentagonali. Elytris thorace paululo latioribus, solum in parte basali parallelis, dein versus apicem longe curvatim attenuatis, apice fere conjunctim rotundato, angulum obtusulum suturalem utrimque effeciente.

Elytrorum superficie satis plane convexa, sutura postice leviter elevata, punctis interstitiorum atque striarum lineolis brevissimis, fere eadem subtilitate, itaque sculptura elytrorum vere subtili superficieque tota leviter sericeomicante. Processu prosternali sparse, satis subtiliter punctato, metasterno et sternito basali leviter canaliculatis, abdomine nitido, mediocriter, sed satis dense punctato, lateraliter tenuiter pilosomarginato.

229 (226) Elytris versus apicem fortiter attenuatis, corpore robusto, lato, superficie cuprea. Articulo quarto antennarum longo et gracili, illo secundo fere duplo longiore. Elytris distinctius seriatis, seriebus longitudinalibus e punctis lineiformibus, prolongatulis compositis. Pedibus satis longis. Long.: 19·5, lat.: 7 mm. Armenia. Vide:

77. **S. Armenorum** m. n. sp.

230 (225) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore. *) Cuprea minor (long.: 14·5—15 mm). Asia Minor: Malatia. Vide:

80. **S. prolongata** B. Jak.

231 (220) Elytrorum apice denticula parva suturali munito. Species brunneoaenea vel cuprea, parva, elongata, gracilis. Caucasus. Vide:

88. **S. hypocrita** Mann.

232 (219) Elytris regulariter l i n e o l a t o seriatis, lineolis his rectis saepissime satis longis, nonnunquam hic et ibi contiguis.

233 (234) Species magna, valde robusta, thorace lateraliter subdepresso, elytris versus apicem valde atenuatis, scutello brevi et latissimo, longitudine triplo latiore. Magis cuneiformis, elytris ne in parte basali quidem parallelis. Thorace versus anticem fortiter attenuato. Species supra nitida, nigerrima.

72. **Sph. Kořenskýi** m. n. sp. (41).

Hab.: Asia Minor. Long.: 20, lat. 8 mm.

Species magna robusta convexa versus apicem valde attenuata, in parte elytrorum postscutellari subdepressa. Nigra, nitida, subtus nigra, lateraliter cuprea. Capite magno, satis irregulariter, sparse, subtiliter, antice densius punctato, plagulis duabus obliquis frontalibus notato. Antennis brevibus, articulo tertio illo secundo duplo longiore. Thorace longitudine fere duplo latiore, magno, leviter convexo, in quinta parte posteriori summum latitudinis attingente, versus basim levissime, sed distincte, versus anticem longe curvatim attenuato; antice satis leviter bisinuato, totaliter marginato. Thorace lateraliter late distincte subdepresso, fovea antescutellari haud distincta; medio sparse subtiliter, lateribus densius, fortius, semicirculariter punctato. Scutello latissimo, longitudine fere triplo latiore. Elytris latitudine duplo longioribus, fere iam a basi versus apicem longe curvatim attenuatis, apicibus tenuiter separatim rotundatis, sculptura elytrorum e seriebus lineolarum brevium parum impressarum composita, subtili, interstitiis nullo modo convexis, sparse subtiliter punctulatis. Punctura superficiei fundamentali invisibili. Carina thoracis laterali recta, usque ad quartam partem anteriorem distincta, basi leviter deflexa. Processu prosternali utrimque serie punctorum longitudinali marginato, sparse fortiter punctato.

---

*) In descriptione originali »duplo longiore«, sed in typo et cotypis uti supra a me dictum.

Abdomine subtiliter sparsissime punctato, nitido, laevi,, solum illo sternito basali magis punctato; metasterno atque sternito basali longitudinaliter sulcato. Abdominis lateribus glabris.

Domino Dr. J. Kořenský amicissime in honorem denominata.

234 (233) Forma magis parallela, versus apicem minus attenuata, minus lata. Elytris in parte basali semper plus vel minus distincte subparallelis. Scutello minus lato, longiore, longitudine 1½—2 latiore. Species supra nigrae vel metallicae, sed fere semper supra leviter aeneomicantes.

235 (236) Sternitis abdominis lateraliter fovea rotunda plus vel minus distincta notatis. Thorace foveolis manifestis quattuor transverse dispositis duabus ante scutello positis, atque feveola antescutellari ornatis. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Subtus suprea vel cupreoaenea, subtus nigrescens, violaceomicans. Abdomine sparse, subtiliter punctato, nitido, lateraliter glabro. *) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Metasterno et sternito basali canaliculatis. Long. 14·5, lat.: 5 mm. Caucasus: Mingrelia.

73. **S. thoracia** B. Jak.

236 (235) Sternitis abdominis normalibus, haud foveolatis. Thorace medio haud vel solum leviter quadrifoveolato, foveolis solum raris et superficialiter impressis (dein abdomine piloso!) vel thorace integro.

237 (238) Punctura thoracis aequali, etiam in medio forti. Sculptura elytrorum subvariolata. Thorace lateribus rotundatis, in tertia parte basali summum latitudinis attingente. Abdomine glabro.

74. **Sph. tatarica** m. n. sp. (42).

Hab.: Krim. Long.: 17, lat.: 5 mm.

Species convexa, oblonga, supra nigra, subtus lateraliter cuprescens, parte media corporis inferiori obscurata, nigrescente. Capite lato, convexo, medio antice leviter depressiuscullo, parte interoculari frontis longitudine circiter 1½ latiore. Punctura fundamentali capitis et frontis perpusilla, perparum distincta. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Thorace longitudine 1¾ latiore, in parte antescutelari basali leviter tenuiter depressiusculo, medio subtiliter sparse punctulato, lateribus punctis fortibus semicircularibus densis. Carina laterali recta, ante basi leviter deflexa. Thorace in tertia parte basali summum latitudinis attingente, versus basim levissime, versus anticem fortius rotundato, antice bisinuato et totaliter marginato. Scutello satis parvo longitudine 1½ latiore. Elytris thorace haud vel paullo latioribus, latitudine 2½ longiore, in parte rtetia basali subparallelis, dein versus apicem longe curvatim attenuatis, apicibus separatim rotundatis; elytris transverse, late, vage, plicatim, subinaequalibus, sculptura fundamentali obliterata, illa generali e lineolis satis longis sparsis seriatim dispositis atque e punctis sparsis subtilissimis interstitiorum composita. Prosterno lateraliter et antice vere dense strigoso, subrugosulo, processu prosternali medio sparse fortiter punctato, utrimque linea punctarum marginato. Metasterno et sternito basali medio canaliculato, abdomine satis dense subtiliter punctato, pilositate laterali nulla. Coxarum posteriorum margine apicali bisinuato.

238 (237) Punctura thoracis semper in medio multo quam lateraliter subtiliore. Thorace basi subparallelo vel versus basim solum parum distincte attenuato. Abdomine lateraliter plus vel minus distincte piloso (illa d i c h r o a B. Jak. excepta).

---

*) Species haec a Dom. Kerremans (Monogr. VII., p. 73) false uti synonymum illae q u a d r i f o v e o l a t a e Mars. attributa est.

239 (252) Corpore supra nigro vel solum obscure cupreo (crassiceps B. Jak.), robustiore, fortiore. Forma robusta, haud gracili. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore.

240 (243) Corpore supra nigerrimo, nullo modo aeneomicante. Gracilior, minus robusta. Corpore subtus subtilius punctato, abdominis lateribus solum parum pilosis, fere glabris. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Elytris postice conjunctim rotundatis. Carina laterali thoracis recta.

241 (242) Corpore subtiliore, minore, capite laviter viridimicante. Thorace longitudine solum 1⅓ latiore, ante medio summum latitudinis attingente. Striis elytrorum regularibus, e lineolis longis compositis, superficie elytrorum inaequali, fortiter hic et ibi transverse rugosa et subplicatula. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Metasterno haud punctato. Coxis posterioribus margine apicali leviter bisinuato. Long.: 14·2 mm, lat.: 5 mm. Asia minor: Mardin.

75. **S. obnubila** B. Jak.

242 (241) Corpore maiore, robustiore. Capite antice solum levissime violascente. Thorace longitudine fere duplo latiore, in regione postica summum latitudinis attingente, postice subparallelo; striis elytrorum regularibus, e lineolis brevibus compositis, haud transverse regatulis vel plicatulis. Processu prosternali lateraliter immarginato. Metasterno distincte, sparse, fortiter punctato. Coxis posterioribus margine apicali late arcuatim emarginato. Long.: 16, lat.: 5·5 mm. Asia Minor: Malatia, Zeiton, Aintab, Amasia.

76. **S. dichroa** B. Jak.

243 (240) Corpore supra obscuro, sed semper plus vel minus cuprascente vel violascente; magis robusta. Corpore subtus fortius punctato, abdomine lateribus distinctius pilosis.

244 (249) Magna, robusta, sculptura elytrali fortiore.

245 (246) Supra obscure violaceocuprea, robusta, maiore parte abdominis nigrescente, elytris apice denticula parva apicali suturali notatis. Armenia.

77. **Sph. Armenorum** m. n. sp. (43).

Hab.: Armenia. Long.: 20, lat.: 7·2 mm.

Species magna, robusta, supra obscure cuprea, nitida, subtus nigra, nitidior, lateribus cupro micantibus. Capite lato, magno, punctura fundamentali subtili capitis et thoracis distincta, punctura generali capitis satis subtili, plagis frontalibus indistinctis. Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore; articulo quarto illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine fere duplo latiore, antice bisinuato, totaliter marginato, a basi iam usque ad medium leviter dein fortius rotundatim attenuato, medio subtiliter, sparse, lateraliter fortius, densius semicirculariter punctato. Carina thoracis laterali recta, usque ad quintam partem anteriorem producta, basi haud deflexa. Scutello magno cordiformi, longitudine 1²/₃ latiore. Elytris thorace haud latioribus, latitudine duplo longioribus, a quarta iam parte basali usque ad apicem longe curvatim attenuatis, apicibus separatim rotundatis, denticula minima suturali parum conspicua munitis. Sculptura elytrali subobliterata, seriebus longitudinalibus lineolarum inter punctura generali parum distinctis. Processu prosternali medio fortiter sparse punctato, immarginato, metasterno atque sternito basali canaliculatis, abdomine nitido, subtiliter sed satis dense simpliciter punctato, lateribus fere glabris. Coxarum posteriorum margine apicali, simpliciter, late arcuato.

246 (245) Denticula apicali suturali elytrorum nulla, abdomine cupreo vel aeneo, solum medio obscurato.

247 (248) Gracilior, minus robusta. Thorace in parte basali leviter rotundato; capite et thorace unitis longitudine et latitudine aequali. Capite minus lato, magis convexo. Elytris angustioribus, illis capite et thorace unitis duplo

longioribus, sculptura elytrorum magis aequali, multo subtiliore. Scutello minore, minus lato. Corpore subtus obscurius aeneo, medio abdominis nigrescente. Long.: 19, lat.: 6·7 mm. Syria.

78. **S. Tragacanthae** Klug.

248 (247) Maior, latior, robustior. Thorace in parte basali magis parallelo. Capite et thorace unitis longitudine distincte latioribus. Capite latiore, minus convexo. Elytris robustis, thorace et capite unitis plus quam duplo longioribus. Sculptura elytrorum profundiore, minus aequali. Scutello maiore, latiore. Corpore subtus nitidiore, laetius aenescente. Long.: 20·5, lat.: 7·5 mm. Asia Minor: Amarda, Mardin.

76a. **S. dichroa ssp. encausta** B. Jak.

249 (244) Minus robusta, gracilior, sculptura elitrali subtiliore, elytris magis parallelis, striis elytrorum saepe subobliteratis.

250 (251) Thorace medio haud vel solum indistincte quadrifoveolato, abdomine sparsius et subilius puctato, solum vere sparse lateraliter, saepe fere indistincte piloso. Coxis posterioribus margine apicali fortius curvatim, leviter bisinuatim emarginatis. Processu prosternali immarginato. Supra nigra, cuprascens, vel obscure cuprea, subtus laetius aenescente. Long.: 16, lat.: 5·7 mm. Asia Minor: Hadjin, Taurus, Malatia.

76b. **S. dichroa ssp. crassiceps** B. Jak.

251 (250) Thorace medio manifeste quadrifoveolato, lateraliter depressiusculo, abdomine densius et paullo fortius punctato, lateraliter vere distincte piloso, coxis posterioribus margine apiali fere recto. Supra cuprea, subtus obscurior. Syria. Mesopotamia. Long.: 15·5, lat.: 5·5 mm. Vide:

62. **S. signaticollis** B. Jak.

252 (239) Elytris laete cupreis vel aeneis, gracilioribus. Metasterno et sternito basali medio canaliculatis.

253 (256) Maior (Long.: 16—18 mm), processu prosternali haud marginato. Scutello breviore et minus lato. Elytris apice conjunctim rotundatis.

254 (255) Supra et subtus laete cuprea, subtus paullo obscurior, capite satis parvo, margine anteriore thoracis minus fortiter bisinuatim emarginato, thorace lateribus magis rotundatis, scutello minus lato. Thorace lateraliter punctis sparsis, subtilibus tecto, punctura thoracis totius subaequali. Sculptura subrugosa coxarum posteriorum atque partium lateralium abdominis metasterni vere subtili. Articulo tertio antennarum illo secundo distincte longiore. Lineis elytrorum e lineolis brevibus compositis, elytris eransverse subrugosis, subvariolosis. Long.: 17, lat.: 5·5 mm. Syria: Saida.

79. **S. corrugata** Klug.

255 (254) Supra multo obscurius colorata, (saepe nigrescente), subtus obscure aenea, nitidior, medio abdominis saepe obscurato. Capite lato et magno, multo latiore. Thorace postice subparallelo, lateraliter postice subparallelo, lateraliter fortiter, densius punctato, punctis his illis disci multo fortioribus. Margine anteriore prothoracis multo latiore, multo fortius bisinuato, scutello maiore. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Sculptura subrugosa coxarum posteriorum atque partium lateralium abdominis et metasterni forti. Long.: 16—18, lat.: 5·7—6·1 mm. Asia Minor: Hadjin, Taurus, Mardin etc. Vide:

76b. **S. dichroa ssp. crassiceps** B. Jak.

256 (253) Minor (Long. 14·5—15 mm). Processu prosternali lateraliter fortiter marginato. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Thorace lateribus subparallelis, longitudine fere duplo latiore. Scutello latiore. Elytris apice separatim rotundatis. Interstitiis elytrorum levissime transverse subrugatulis. Elongata, ovalis, parum convexa, cupreoaenea, nitida, subtus

magis nigrescens. Long.: 14·5—15, lat.: 5 mm. Asia Minor: Malatia, Zeitun, Taurus.

80. **S. prolongata** B. Jak.

257 (168) Species valde naviculares, parte basali elytrorum elevata, abdomine (a latere viso) minus vel haud convexo, corpore supra versus anticem et praecipue versus apicem valde declivi. Sternito basali fortiter canaliculato.

258 (261) Species magnae (long.: 19—22 mm). Antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore. Scriebus elytrorum e lineolis parvis compositis. Carina laterali thoracis basi deflexa.

259 (260) Scutello longitudine triplo latiore, latissimo. Species magna, nigerrima, lateribus thoracis deplanatis. Asia Minor. Vide:

72. **S. Kořenskýi** m. n. sp.

260 (259) Scutello longitudine solum circiter duplo laiore. Supra plus vel minus aeneoviolascens vel cuprascens, lateribus thoracis haud deplanatis. Asia Minor: Taurus. Vide:

76a. **S. dichroa ssp. encausta** B. Jak.

261 (258) Species minor (long.: 14, lat.: 5·5 mm). Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Basi elytrorum valde convexa, subparallela, nigra, nitidissima, lateribus abdominis cupreoaeneis, abdomine pilositat laterali nulla. Thorace longitudine 1⅓ latiore, postice subparallelo, versus anticem gradatim attenuato, carina laterali thoracis recta, basi haud curvata; striis elytrorum parum conspicuis, regularibus, e punctis parvis compositis. Processu prosternali immarginato. Punctis striarum elytrorum et interstitiorum aequalibus. Armenia.

81. **S. atramentaria** B. Jak.

262 (157) Species parvae (long.: 7—14·5) longitudine corporis eius latitudine plus quam triplo maiore, sculptura generali, praecipue thoracis, multo subtiliore.

263 (264) Magis ovalis. Elytrorum seriebus magis regularibus, striis subimpressis; corpore minus parallelo. Subtus et supra laete cupreoaenea, nitida, robusta.

82. **Sph. Vávrai** m. n. sp. (44).

Hab.: Persia: Ardilan. Long.: 14, lat.: 5 mm.

Supra, et praecipue subtus, laete cuprea, nitida, oblonga, ovalis. Capite lato, articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore, articulo secundo illo quarto distincte breviore. Fronte sparse, irregulariter, mediocriter punctata, vertice medio leviter impresso, parte interoculari frontis longitudine circiter 1¼ latiore. Thorace longitudine 1⅓ latiore, in basi summum latitudinis attingente, dein versus anticem primo (usque ad tertiam partem anteriorem) recte et leviter, dein curvatim attenuato, antice leviter bisinuato, totaliter marginato, disco convexo, impressionibus nullis, nitido, sparse, subtiliter, versus latera densius et fortius punctato, punctura fundamentali haud distincta. Scutello subcordiformi, longitudine 1½ latiore. Carina laterali thoracis usque ad quartem partem anteriorem producta, fere recta, medio leviter curvata, basi leviter deflexa. Elytris thorace parum latioribus, summa latitudine corporis in medio longitudinis, scilicet in tertia parte basali elytrorum posita, elytris ab hoc loco usque ad apicem longe curvatim attenuatis, apicibus satis anguste, regulariter, curvatim rotundatis. Elytris distincte et satis dense punctatoseriatis, seriebus longitudinalibus levissime impressis, interstitiis haud convexis, sparse, subtiliter, versus latera fortius punctatis. Punctura elytrorum fundamentali indistincta. Processu prosternali satis dense, satis fortiter punctato, immarginato, metasterno atque sternito basali leviter canaliculatis, abdomine nitido, dense, satis subtiliter punctato, punctura sterniti basalis fortiore.

Abdomine lateraliter haud distincte piloso. Tibiis posticis ♂ intus, apice, solum leviter et breviter calcaratis. Elytris ♂ lateraliter totaliter marginatis, tarsorum posteriorum articulo basali ♂ longo, illos duo ulimos longitudine adaequante.

Dom. Dr. Václav Vávra, Musaei Nationalis Pragae directoris superioris in honorem denominata.

264 (263) Corpore minus nitido, forma magis parallela vel versus apicem fortius attenuata, minus ovali, striis elytrorum longitudinalibus magis superficialibus, minus robusta.

265 (272) Corpore supra nigro, sine ullo nitore metallico. Abdomine lateraliter solum parce piloso, fere glabro.

266 (267) Interstitio sublaterali elytrorum longitudinaliter leviter plicatim vel subcarinatim elevato. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Elytris apice conjunctim rotundatis. Sternito basali nullo modo canaliculato, metasterno plano. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore, usque versus medium parallelo vel fere parallelo, dein fortiter rotundato. Seriebus elytrorum subtilibus, e punctis compositis, interstitiorum punctura illa striarum paullo minore; superficie leviter hic et ibi rugatula. Processu prosternali immarginato. Long.: 11·5, lat.: 4 mm. Persia: Chakhou. Caucasus.

83. **S. bicarinata** B. Jak.

267 (266) Interstitio sublaterali (= octavo) elytrorum nullo modo carinatim vel plocatim elevato. Sternto basali medio plus vel minus distincte canaliculato.

268 (269) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo (vel fere duplo) longiore. Elytris levissime cyaneonitentibus. Fronte plagulis duabus obliquis impunctatis ornata; parte anteriori frontis aureorubra, nitidissima. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore, vage punctato, punctis lateraliter fortioribus, punctura fundamentali distincta. Angulis posticis thoracis acutis. Elytris apice conjunctim rotundatis, seriebus elytrorum e punctis rotundis fortibus compositis, processu prosternali linea hic et ibi interrupta marginato. Long.: 11·5, lat.: 4·7 mm. Transcaucasia: Araxes.

84. **S. tenebricosa** B. Jak.

269 (268) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore. Elytris nullo modo cyanescentibus, nigris vel piceonigris; seriebus longitudinalibus elytrorum subtilibus vel indistinctis.

270 (271) Punctura elytrorum irregulari, seriebus longitudinalibus indistinctis. Apice elytrorum conjunctim rotundato. Abdomine etiam antice subtiliter punctato, punctura fundamentali abdominis subtili, distincta.

85. **Sph. Strandiana** m. n. sp. (45).

Hab.: Persia: Ardilan. Long.: 13, lat.: 4·2 mm.

Species oblonga, convexa, satis nitida, aequaliter sculpta, supra parum, subtus magis nitida, supra nigra, subtus obscure cupreo aenea, medio obscurata. Capite satis lato, vertice medio leviter impresso, fronte antice purpuro cuprascente; antennis brevibus, articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Fronte subtiliter punctata, punctura fundamentali frontis et thoracis indistincta. Thorace longitudine $1^3/_5$ latiore, satis leviter aequaliter convexo, angulis posticis leviter obtusis, a basi usque ad medium leviter, dein versus anticem fortius rotundatim attenuatis, margine antico leviter bisinuato et totaliter marginato. Thorace medio subtilissime, versus latera parum fortius sparse punctato, fovea antescutellari indistincte notato. Carina laterali usque ad quartam partem anteriorem distincta, basi leviter deflexa. Scutello subcordiformi, longitudine $1^3/_5$ latiore. Elytris thorace haud latioribus, usque post medium subparallelis, latitudine 2½ longioribus, versus apicem satis longe curvatim attenuatis, apice

conjunctim rotundato; sutura in parte postscutellari depressa, dein subelevata. Punctura elytrorum subtili, subaequali, irregulari satis sparsa, strias longitudinales nullas distinctes formante. Processu prosternali immarginato, punctis, sparsis subtilissimis tecto; metasterno atque sternito basali distincte canaliculatis. Abdomine lateraliter glabro, punctis subtilissimis satis densis tecto; punctura hac solum antice, post coxis posterioribus substrigiformi, fortiore, densiore. Tibiis posticis (♂) intus versus apicem modice calcaratis.

Amico caro, Dom. Prof. Embrik Strand, Zoologiae universitatis Rigae Professori Ordinario, animo grato amicissime in honorem denominata.

271 (270) Seriebus longitudinalibus elytrorum distinctis. Apice elytrorum separatim rotundato, in suturae prolongatione denticula plus vel minus distincta suturali notato. Abdomine basi, in sternito primo et secundo basali punctis fortibus elongatis sparsis nitato. Vide: 102 (95).

272 (265) Corpore supra metallico, plus vel minus obscure cupreo vel cupreoaeneo.

273 (284) Interstitiis alternis elytrorum nullo modo elevatis vel subelevatis. Abdomine lateraliter pilose marginato.

274 (275) Corpore maiore, latiore, robustiore, versus apicem elytrorum multo fortius attenuato, apice multo angustato, punctura thoracis fortiore, subaequali, illa discali et laterali fere eadem fortitudine. Elytris leviter transverse subvariolatis. Thorace lato, longitudine $1^3/_5$ latiore. Sternito basali nullo modo canaliculato.

86. **Sph. chalcosoma** m. n. sp. (47).

Hab.: Caucasus. Long.: 15, lat.: 5·2 mm.

Species supra satis leviter, subtus magis convexa, corpore supra obscure cupreo, satis leviter nitido, subtus nigro, versus latera aeneo vel cupreo micante, nitidiore, fascia longitudinali pilorum luteorum, abdomen utrimque marginato Capite lato, irregulariter, sparse, antice densius, subtiliter punctato, antennis nigris, antennarum articulo tertio illo secundo $1\frac{1}{2}$ longiore, parte interoculari frontis longitudine $1\frac{1}{2}$ latiore. Thorace lato, longitudine $1^3/_5$ latiore, a basi usque ad medium parallelo, dein versus anticem satis fortiter rotundato, satis plane convexo, ante scutello et haud angulis posticis leviter depresso, disco sparse et subtiliter, lateribus densius, fortius semicirculariter punctato; carina laterali recta, usque ad quartam partem anteriorem producta, basi leviter deflexa. Scutello subcordiformi longitudine circiter $1\frac{1}{3}$ latiore. Elytris thorace perparum latioribus, latitudine $2\frac{1}{4}$ longioribus, subnavicularibus, supra satis plane convexis, in $^2/_5$ basalibus parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus angustis, fere saparatim, extus oblique rotundatis. Sculptura elytrorum e seriebus punctorum leviter foveolatis composita. Interstitiis planis. Processu prosternali sparse mediocriter punctato, medio subdepresso, metasterno atque sternito basali convexo, haud canaliculato; abdomine nitido, sparse et subtiliter, in primo segmento anali fortiter et semicirculatim punctato. Punctura segmenti analis subtili, satis densa.

275 (274) Corpore minore, minus lato, minus robusto, supra convexiore, magis parallelo, apice minus angusto, versus apicem minus angustato, punctura thoracis in parte discali semper multo quam lateraliter subtiliori. Thorace longitudine $1^1/_3$—$1\frac{1}{2}$ latiore. *)

276 (279) Corpore supra magis deplanato, versus apicem fortius attenuato. Sculptura elytrali fortiore. Thorace minus parallelo, lateribus leviter subdeplanatis. Regione scutellari elytrorum leviter deplanata. Elytris solum

*) Si processu prosternali apice foveolis duabus profundis notato, labro viridi atque antennarum articulo tertio illo secundo duplo longiore — vide: 297 (4).

in tertia parte basali parallelis, distinctius (subtiliter) transverse variolatis. Tibiis longius setosis, longioribus. Caucasus.

277 (278) Sternito basali nullo modo canaliculato. Supra magis deplanata, thorace breviore, scutello maiore, minus lato, elytris transverse distinctius et fortius subvariolatis, corpore supra olivaceobrunneo, subtus nigrescente. Long.: 10—12, lat.: 3—3·8 mm. Transcaucasia: Ordubad.

87. **S. ordubadensis** Obenb.

278 (277) Sternito basali plus vel minus distincte canalicuato. Convexior, nitidior; cuprea, subtus obscurata, elytris haud transverse variolatis. Long.: 10—13, lat.: 3·2—4·8 mm. Caucasus: Tiflis, Elisabetpol. (S. Sieversi B. Jak.)

88. **S. hypocrita** Mann.

279 (276) Corpore mullo subtilius sculpto, magis subparallelo, elytris nullo modo transversim variolatis, usque minime ad medium parallelis, regione scutellari nullo modo deplanata. Tibiis fortioribus, brevius setosis. Persia, Turkmenia.

280 (281) Maior, robustior, capite concolore, thorace longitudine 1½ latiore. Capite latiore, fortiore. Sternito basali medio fortiter, strigose punctato. Coxarum posticorum margine apicali distinctissime bisinuato. Ovalis, convexa, obscure cupreoaenea, subtus cum pedibus nigra, partibus lateralibus cuprescentibus. Thorace lateribus subparallelis, in medio subtilissime, lateraliter fortius punctato. Processu prosternali stria marginali nulla. Tibiis anterioribus ♂♂ solum leviter arcuatis. Long.: 12—13. lat.: 4—4·2 mm. Persia: Luristan.

89. **S. Ixion** Kerr.

281 (280) Minor, gracilior, capite anice plus vel minus rubroviolaceo. Sternito basali medio subtiliter punctato. Coxarum posticorum margine apicali recto vel fere recto. Tibiis anterioribus ♂♂ valde curvatis.

282 (283) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore, articulo secundo latitudine distincte longiore. Thorace parallelo, solum a tertia parte anteriori versus anticem rotundato. Punctura partis centralis thoracis distinctiore. Capite latiore. Colore supra obscurius cuprea. Elytris apice rotundatis, denticula suturali nulla. Long.: 9—12, lat.: 3—3·5 mm. Persia: Luristan, Ispahan, Sultanabad.

90. **S. cupriirons** Fald.

283 (282) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore, articulo secundo globuliformi. Thorace summum latitudinis in tertia parte anteriori attingente, versus basim leviter, sed distincte attenuato; punctura thoracis medio subtilissima, perparum distincta. Capite minus lato. Colore supra laetius cupreo. Elytris apice denticula parva suturali munitis.

91. **Sph. turkmenica** m. n. sp. (48).

Hab.: Turkmenia: Askhabad. Long.: 8·2—9, lat.: 2·8—3 mm.

Species parva, oblonga, satis parallela, versus apicem modice attenuata, supra obscure cuprea, nitida, subtus nigra, versus latera cupreoaenescens. Capite subtiliter sparse punctato, vertice levissime lineatim sulcato, parte epistomali frontis purpureo cuprescente, parte interoculari frontis longitudine 1½ latiore; antennis nigris, antennarum articulo tertio illo secundo fere duplo longiore; punctura fundamentali capitis et thoracis indistincta. Thorace aequaliter convexo, longitudine circiter 1½ latiore, antice bisinuatim emarginato, subtilissime totaliter marginato, summum latitudinis in tertia parte anteriori attingente, versus basim levissime sed distincte attenuato, versus apicem rotundato, medio fere imperceptibiliter, lateraliter fortius punctato, impressionibus nullis. Carina laterali recta, usque ad quintam partem anteriorem producta. Scutello longitudine 1¼ latiore, subcordiformi. Elytris thorace haud latioribus, latitudine 2½

longioribus, fere usque a basi versus apicem attenuatis, apice fere conjunctim rotundato, denticula minima suturali notato. Elytris vere superficialiter seriato lineolatis, lineolis brevibus, nullo modo impressis, interstitiis planis, sutura postice subelevata. Abdomine nitido, lateraliter pilosomarginato, sparse subtiliter punctato. Processu prosternali immarginato, sparse mediocriter punctato, metasterno atque sternito basali nullo modo impressis. Tarsorum posteriorum basali (♂) illos duo unitos ultimos longitudine superante. Elytris lateraliter (♂) totaliter marginatis.

284 (273) Interstitiis alternis elytrorum plus vel minus distincte convexis vel subelevatis; interstitiis his nonnunquam minus distinctis, sed tunc sculptura elytrorum distincte in sensu longitudinali subundulatim inaequali, partibus convexis longitudinalibus et subconcavis alternatibus. Metasterno et sternito basali vage longitudinaliter canaliculatis. Asia Minor.

285 (286) Thorace subrectangulari, longitudine et latitudine fere aequali. Stria anteriori tenui marginali thoracis medio interrupta. Apice elytrorum oblique truncato, denticula suturali nulla. Oblonga, elongata, parum convexa, laete aenea, nitida, subtus fere nigrescens, lateribus thoracis antice subdilatatis, versus basim leviter sinuatim attenuatis; carina laterali thoracis subsinuata. Elytris seriato punctatis, alterne vage subcostatis. Long.: 9, lat.: 2·5 mm. Asia Minor: Eski Chehir. Vide:

103. **S. quadrata** Kerr.

286 (285) Thorace longitudine $1^1/_3$ latiori, stria marginali anteriori thoracis medio nullo modo interrupta. Apice elytrorum denticula parvula suturali (saepe subobliterata) munito. Thorace parallelo. Obscure aenea vel cupreo-aenea, subtus lateribus aenescens, medio nigrescens.

287 (288) Processu prosternali lateraliter distincte striatim marginato. Parte anteriori capitis concolore. Punctura fundamentali thoracis haud distincta. Long.: 10·5, lat.: 3·5 mm. Asia Minor: Eski Chechir, Kotja-Kyr.

92. **S. Bodemeyeri** B. Jak.

288 (287) Processu prosternali immarginato. Parte anteriori capitis aureopurpurea. Punctura fundamentali thoracis distincta. Long.: 10, lat.: 3·5 mm. Asia Minor: Tokat.

93. **S. torrida** B. Jak.

289 (6) Thorace convexo, depressionibus lateralibus distinctis nulis, parte antescutellari late, subarcuatim, transverse depressiuscula, illa depressione cum linea longitudinali (saepissime indistincta) saepe figuram anchoralem formante. Superficie tota subalutacea. Sternito basali convexo, metasterno nullo modo sulcato. Elytris subtiliter transverse subvariolatis. Seriebus elytrorum e lineolis compositis. Tertio articulo antennarum illo secundo 1½ longiore.

290 (291) Nitidior, elytris magis nitentibus, laetioribus. Carina laterali thoracis recta vel solum leviter sinuata. Punctura fundamentali superficiei praecipue thoracis, parum distincta, perpusilla. Scutello breviore et latiore. Depressione antescutellari breviore et latiore. Punctura forti laterali thoracis minus densa, minus corrosa. Corpore subtus nitidiore. Supra cuprea vel violaceocuprea, rare nigrocuprea, subtus laeta cuprea. Long.: 17—22, lat.: 7—8·5 mm. Rossia mer.: Guberniae: Saratov, Astrachan, Uralskaja; Transcaspia, Buchara, Syr Darja, Ferghana, Persia, Turkestan chin. (? *orichalcea* F. Mor., *spectabilis* Kraatz).

94. **S. Dejeani** Zubk.

291 (290) Minus nitida, elytris solum leviter nitentibus; carina laterali thoracis curvata. Punctura fundamentali superficiei subtili, sed bene distincta.

---

*) Si stria anteriori thoracis nulla, vide: 310 (209).

Scutello minus brevi, minus lato. Depressione anescutellari lata, sed magis superficiali. Punctura forti laterali thoracis densiore, valde corrosa. Corpore subtus minus nitido. Supra brunneo aenescens, sericea, subtus paullo magis cuprascens. Caucasus: Araxes, Erivaň.

94a. **S. Dejeani ssp. araxana** Obenb.

292 (5) Antennarum articulo secundo illo tertio aequali vel fere aequali. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Antennarum articulis 2, 3, 4 longitudine fere aequali. (II=III=IV.)

293 (296) Colore supra cyaneo vel nigrocyaneo, subtus nigrocyaneo. Stria laterali processus prosternali levi; sternito basali leviter, sed distincte medio sulcato. Thorace lateraliter haud depresso vel longitudinaliter impresso. Capite medio leviter lineatim impresso. Abdominis punctura subtilissima, sparsa. Prosterno subtiliter punctato. Elytris postice attenuatis.

294 (295) Nigro cyanea, valde nitida. Carina laterali thoracis usque ad medium distincta. Elytris subtiliter, dense, irregulariter punctatis, seriebus longitudinalibus punctorum distinctis nullis. Thorace solum versus anticem attenuato. Fronte plana, bituberculata, aequali. Long.: 7·5, lat.: 2·5 mm. Turkestan: Kirghis-Dar.

95. **S. irregularis** B. Jak.

295 (294) Obscure cyanea, elytris paullo violascentibus, subtus magis nigrescens. Abdomine lateribus piloso marginatis. Carina laterali thoracis usque ad quintam partem anteriorem producta. Elytris subparallelis, seriebus longitudinalibus distinctis, e punctis elongatis, parum conspicuis, superficialibus, regularibus compositis; interstitiis punctis minoribus tectis. Thorace in medio summum latitudinis attingente, lateribus rotundatis et etiam versus basim leviter attenuatis. Fronte inaequali, plagulis laevibus nullis. Long.: 8·5, lat.: 2·8 mm. Buchara or.: Shout-i-Ghilian.

96. **S. caesia** B. Jak.

296 (293) Colore cupreoaeneo, subtus obscurior. Elongata, subparallela, supra leviter subgibbosa, abdominis lateribus pilosomarginatis. Thorace subparallelo, lateribus impressis, medio linea impressa notato. Elytris apice separatim rotundatis, seriebus longitudinalibus e punctis elongatis compositis. Processu prosternali lateraliter fortiter striatim marginato. Abdomine plano, subtiliter punctato, basi aspectu aciculato. Capite medio nullo modo impresso. Long.: 13, lat.: 4·7 mm. Persia bor.

97. **S. arcana** B. Jak.

297 (4) Processu prosternali immarginato, apice duabus foveolis profundis notato. Valde elongata, subparallela, leviter convexa, cupreoaenea, nitida, subtus nitidior. Labro viridi; articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore; thorace longitudine $1^1/_2$ latiore, medio vage canaliculato; seriebus longitudinalibus elytrorum e lineolis parvis compositis, interstitiis rugosulis. Abdominis sternito basali convexo, nullo modo canaliculato. Long.: 14·5, lat.: 4·5 mm.

98. **S. prosternalis** B. Jak.

298 (3) Thoracis margine anteriori immarginato vel stria marginali subtili in medio late interrupta.

299 (310) Stria marginali thoracis anteriori lateraliter distincta, medio late interrupta.

300 (301) Capite profunde sulcato. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Ovalis, versus apicem et basim attenuata, nigroaenea, nitidissima, fronte violacea; parum convexa. Fronte valde inaequali. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore, elytris apice oblique truncatis, seriebus elytrorum e punctis rotundis compositis, interstitiis planis, transverse subrugosis. Meta-

sterno atque sternito basali canaliculatis. Coxis posterioribus in tertia parte interna posice emarginatis. Long.: 12, lat.: 4 mm. Turkestan: Ferghana.

99. **S. tristis** B. Jak.

301 (300) Capite plano vel subplano, fronte aequali. Asia Minor, Persia.

302 (303) Processu prosternali linea subtili totaliter marginato.*) Margine laterali elytrorum desuper totaliter visibili. Apice elytrorum utrimque subrotundato, denticula minima suturali atque denticula obtusa externa munito. Oblonga, ovalis, parum convexa, supra laete aenea, subtus obscure aenea, carina laterali thoracis subsinuata, desuper fere totaliter visibili, disco thoracis utrimque vage transverse subdepresso. Elytris iam a basi in linea arcuata attenuatis, seriato punctatis. Sternito basali vage canaliculato. Long.: 9, lat.: 3 mm. Persia: Luristan.

100. **S. clarescens** Kerr.

303 (302) Processu prosternali immarginato, vel solum lateraliter marginato, apice elytrorum simpliciter rotundato, denticulis apicalibus externis vel suturalibus distincticribus nullis, margine laterali thoracis et elytrorum desuper haud visibili. Abdomine lateraliter pilositate lutea marginato.

304 (305) Superficie fere nigra, obscure aenea, corpore subtus nigro. Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore; thorace medio distincte lineatim canaliculato, disco thoracis inaequali; carina laterali fere recta. Elytris in linea recta, leviter, a basi usque ad tertiam partem posteriorem attenuatis, apice late, leviter oblique truncato, seriebus longitudinalibus e lineolis brevibus compositis, sculptura elytrali postice subobliterata. Processu prosternali lateraliter linea punctorum marginato. Sternito basali nullo modo canaliculato. Long.: 13, lat.: 5 mm. Persia: Luristan.

101. **S. fossa** Kerr.

305 (304) Superficie cuprea vel aenea, thorace medio nullo modo vel leviter canaliculato, disco aequali. Seriebus longitudinalibus elytrorum e punctis rotundulis compositis. Sternito basali medio vage (vel parum distincte — apud c o n f u s a m Kerr.!) canaliculato.

306 (309) Magna, robustior. (long.: 13—17, lat. 5—6·5 mm), subtus nigrescens, lateribus cuprescentibus, lata, ovalis. Epistomate late arcuatim emarginato, pronoto longitudine fere $1^2/_3$ latiore, lateribus parallelis, solum versus anticem rotundatis, carina laterali recta. Interstitiis elytrorum nullo modo elevatis, elytris subtiliter sculptis, aequaliter, leviter convexis. Processu prosternali utrimque linea subtili punctorum marginato. Antennarum articulo tertio illo secundo $1^1/_2$ longiore; articulo quarto illo secundo valde longiore, illo tertio solum parum breviore.**) Persia: Luristan. Transcaspia: Arvas.

307 (308) Supra colore uniformi obscure cupreo.

102. **S. confusa** Kerr.

308 (307) Supra obscure cuprea, elytris et thorace lateraliter fascia satis lata marginali plumbeocyanea limbatis.

102a. **S. confusa var. limbifera** m. n. var. (49).

Hab.: Persia: Luristan.

A typo elytrorum atque thoracis margine plumbeocyaneo limbato differt.

309 (306) Species parva, gracilior (long.: 9, lat.: 2·5 mm), supra laete, subtus obscure aenea, fere nigra. Thorace magno, subrectangulari, longitudine et latitudine fere aequalibus, antice lateraliter subdilatato, postice sinuose atte-

---

*) Species haec mihi in natura ignota est. An D e u d o r a B. Jak.?

**) E typo! Indicationes contrariae auctoris (vide K e r r e m a n s, Monogr. VI., p. 105) sunt falsae!

nuato, elytrorum interstitiis alternis vage elevatis, elytrorum apice oblique francato, processu prosternali fere immarginato. Asia Minor: Eski Chehir.

103. **S. quadrata** Kerr.

310 (299) Stria anteriori marginali thoracis nulla. Sternito basali nullo modo canaliculato. Abdomine lateribus pilosomarginatis. Asia centralis.

311 (312) Colore supra cyaneo. Lata, depressa, chalybaea vel cyanea, leviter violascens, subtus lateraliter flavescenti tomentosa; thorace brevi transverso, disco remote, lateribus crebre punctulato ibique subrugoso, ante scutello late impresso; elytris subtilissime coriaceis, obsolete striatopunctatis, apice oblique truncatis. Long.: 12, lat.: 5 mm. Baškiria.

104. **S. chalybaea** Mén.

312 (311) Colore supra aeneo vel cupreo, subtus nigro.

313 (314) Minor (long.: 14, lat.: 5 mm), elongata, subdepressa, obscure aenea sed nitida, subtus nigra, nitida. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore, angulis posticis acutis, carina laterali usque ad quartam partem anteriorem producta, superficie thoracis medio punctis subtilibus, lateribus punctis fortioribus et subrugosis tecta, disco linea media impressa forti longitudinali notato, linea hac cum depressione arcuata praescutellari impressionem ancoriformem formante, margine thoracis laterali inflato. Elytris in regione suturoscutellari profunde depressis, seriebus longitudinalibus e lineolis parvis formatis, interstitiis planis, satis dense punctatis, praecipue in regione humerali subtiliter rugosulis; prosterni processu marginato. Metasterno canaliculato. Abdomine glabro, impunctato, sternito basali diffuse, sed fortiter punctato. Long.: 14, lat.: 5 mm. Alaï.

105. **S. notata** B. Jak.

314 (313) Thorace normali, solum foveola antescutellari rotunda notato, margine laterali haud inflato. Elytris in regione suturoscutellari nullo modo depressis. Metasterno plano. Abdomine punctato. Vide: 316 (359)

315 (2) Thorace lato, trisulcato, (sulco medio saepe subobliterato et dein foveola antescutellari manifesta, corporis forma lata, versus posticem valde attenuata, abdomine late pilosomarginato; sulcis lateralibus angustis vel latis, (dein semper sculptura ab illa disci aberrante) tectis; thorace magis inaequali, lateribus saepe inflatis, elytris aequalibus vel (saepe) impressionibus longitudinalibus notatis (dein saepe prolongatis).*)

316 (359) Margine thoracis anteriore immarginato, stria anteriori marginali thoracis absente; sulcis lateralibus thoracis saepe solum leviter indicatis et dein thorace ibidem solum depressiusculo atque foveola antescutellari versus anticem dilatata, magna.

317 (318) Thoracis medio sulcato, fovea antescutellari arcuata magna itaque impressionibus istis figuram anchorae plus vel minus distinctae formantibus. Vide: 313 (314)

318 (317) Thoracis impressione media, cum praesente, nullo modo figuram anchoralem formante.

319 (348) Superficie elytrorum aequali, interstitiis alternis elytrorum nullo modo elevatis.

320 (329) Corpore supra cyaneo, violaceocoeruleo vel chalybaeo.

---

*) Hic etiam species incertae sedis, male descripta et mihi ignota: 106. **S. excavata** Fald. (Long.: 11, lat.: 5 mm, subtus purpureoviolacea, aenea, nitida, margine laterali cuprea, subpubescente, elytris valde rugosulis, seriebus longitudinalibus excavationibus maioribus et e punctis subtilibus, rugulis intermixtis, compositis. Caucasus.

321 (326) Abdomine late pilosomarginato. Elytris postice valde attenuatis. Cyanea, violaceomicans.

322 (323) Stria anteriori marginali thoracis perpusilla, sed tamen, praecipue lateraliter, distincta. Vide: 449 (450)

323 (322) Stria marginali anteriori thoracis nulla. Seriebus longitudinalibus elytrorum subtilibus; elytris transverse coriaceo rugulosis. Carina laterali thoracis basi reflexa.

324 (325) Thorace lato et brevi. Laete cyanea; impressionibus lateralibus thoracis punctis subarquatis, strioliformibus notatis. Humeris parum elevatis. Elytris concoloribus. Long.: 12, lat.: 5 mm. Vide: Baškiria.

104. **S. chalybaea** Mén.

325 (324) Thorace longitudine solum $1^1/_3$ latiore; obscure cyanea, violascens, subtus magis nigrescens. Dorso subgibboso. Fronte plagulis duabus obliquis notata, antennarum articulo tertio illo secundo $1^1/_2$ longiore. Thoracis lateribus arcuatis. Prosterni processu linea punctorum satis fortium marginato. Elytris lateraliter violaceocyaneo limbatis. Thorace lateribus punctis simplicibus, fortius et densius quam in disco punctatis. Humeris valde elevatis, subgibbosis. Long.: 13·5, 5·5 mm. Džungaria: Ulang-Su. (= *luctuosa* B. Jak. = *foveithoracica* Kerr.)

107. **S. luctifica** B. Jak.

326 (321) Abdomine lateraliter immarginato, glabro. Processu prosternali immarginato.

327 (328) Articulo tertio antennarum illo secundo $1^1/_2$ longiore. Sternito basali convexo. In thoracis marginis anterioris partibus lateralibus stria marginali antice distincta. Supra valde depressa, subtus convexa. Long.: 9, lat.: 3 mm. Samarkand. Vide:

145. **S. depressiuscula** m. n. sp.

328 (327) Articulo tertio antennarum illo secundo solum paullo longiore. Sternito basali canaliculato. Long.: 10·7, lat.: 4·5 mm. Turkmenia: Askhabad.

108. **S. cyanea** B. Jak.

329 (320) Corpore supra aeneo, cupreo vel nigro, rarissime viridi cyaneo, sine ullo nitore violaceo vel cyaneo (solum raro elytris violaceolimbatis). Metasterno plano, sternito basali convexo. Abdomine late fasciatim pilosomarginato. Thorace versus anticem, elytris versus apicem fortiter attenuatis.

330 (341) Corpore supra aeneo, cupreo, rarissime viridicyaneo vel elytris cyaneolimbatis.

331 (332) Supra aeneocuprea, thorace et elytris violaceolimbatis, subtus obscure cyanea, ovalis, convexa; articulo tertio antennarum illo secundo $1^1/_4$ longiore. Thorace subconico, longitudine circiter duplo latiore, versus anticem fortiter attenuato; angulis posticis thoracis acutis. Margine laterali elytrorum inflata, interstitio sexto et septimo (sublateralibus) parallele cum margine laterali impressis. Prosterni processu lateraliter striatim marginato. Long.: 13·5, lat.: 5·5 mm.

109. **S. egregia** B. Jak.

332 (331) Elytris unicoloribus, nullo modo cyaneolimbatis.

333 (334) Thorace impressione manifesta subanchorali notato: depressione hac e linea longitudinali media atque e depressione semicirculari praescutelari composita. Obscure aenea, nitida, subtus nigra, nitida. Long.: 14, lat.: 5 mm. Alai. Vide:

105. **S. notata** B. Jak.

334 (333) Thorace solum fovea lata antescutelari notata, linea media thoracis indistincta, lateribus solum parum deplanatis.

335 (338) Maior, corpore subtus nigrescente vel solum leviter violascente. Antennarum articulo quarto illo tertio solum perparum breviore.

336 (337) Thorace longiore, maiore, latiore, usque ad medium parallelo, dein versus anticem valde rotundatim attenuato. Elytris usque post medium parallelis, versus apicem brevius, minus fortiter attenuatis. Superficie elytrorum fortiter coriacea, lineis punctorum indistinctis. Abdomine multo minus nitido. Tibiis gracilioribus, margine externo tibiorum posteriorum ♂ fere recto, illo interno solum leviter bisinuato, apice interne subtilius ♂ calcaratis. Supra cupreoaenea, subtus nigra. Long.: 12—19, lat.: 4—7 mm. Rossia mer.: Guberniae: Astrachaň, Uralskaja, Semipalatinsk, Turkmenia.

110. **S. foveola** Gebler.

337 (336) Thorace minore, iam a basi versus apicem in linea arcuata attenuato, elytris iam fere a basi attenuatis, superficie elytrorum haud coriacea, lineis punctorum serialibus satis subtilibus distinctis; abdomine multo nitidiore. Tibiis fortioribus, latioribus, margine externo tibiarum posteriorum ♂ extus curvato, margine interno fortius bisinuato, apice interne ♂ fortius calcaratis. Supra viridiaenea, subtus nigra, violaceomicans.

111. **Sph. Romanovi** m. n. sp. (50).

Hab.: Syr-Darja. Talas. Long.: 16·8—18, lat.: 6—6.2 mm.

Forma illae speciei pilipes B. Jak. similis, navicularis, subtus nigra violascens, supra aenea nitida. Forma supra satis deplanata, versus apicem fortiter attenuata, subnaviculari. Capite lato subtiliter punctato, punctura fundamentali pusillima, sed distincta. Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine circiter 1¾ latiore in basi summum latitudinis attingente, usque ad medium levissime, dein fortiter rotundatim attenuato, antice satis leviter bisinuato, stria marginali anteriori nulla, medio leviter, parum distincte lineato impresso, ante scutella fovea lata distincta notato, leteribus late, sed superficialiter distincte depressis, punctura medio satis subtili et satis sparsa, illa laterali fortiore et latiore; irregulari. Scutello longitudine circiter 1¾ latiore. Carina laterali thoracis leviter sinuata ante basi deflexa, usque ad sextam partem anteriorem producta. Elytris latitudine 2⅓ longioribus fere iam a tertia parte basali versus apicem longe curvatim, dein levissime subsinuatim attenuatis, apice ipso angusto, utrinque leviter obliquato, fere conjunctim truncatim rotundato, angulo suturali distincto. Sutura in parte scutellari subdepressa, postice leviter subelevata. Sculptura elytrorum e punctura densa irregulari satis forti composita, striis vel seriebus longitudinalibus punctorum indistinctis, spatiis interpunctalibus leviter, transverse, parum conspicue rugatulis. Processu prosternali sparse, satis fortiter punctato, lateraliter stria lineari marginato. Metasterno et coxis posticis in parte media grosse et dense punctatis, haud canaliculatis. Sternito basali convexo, nullo modo canaliculato. Abdomine nitido, subtiliter sparse punctato, lateraliter fascia densa et lata pilorum marginato. Tibiis posterioribus in parte interna apicali leviter calcaratis (♂).

In memoriam entomologi clarissimi Rossici Dom. A. Romanov animo pio denominata.

338 (335) Minor, corpore subtus cyaneo vel violaceocyaneo, nitido. Articulo quarto antennarum illo tertio multo breviore. Thorace longitudine duplo latiore, interstitiis elytrorum seriato punctulatis, leviter transverse rugosis. Long.: 11—15, lat.: 4·5—7 mm. Rossia meridionalis: Guberniae: Kirkizskaja, Zakaspickaja, Samarkand, Ferghana.

112. **S. lateralis** Fald.

339 (340) Superficie cupreoaenea.

112a. **S. lateralis ab. Faldermanni** Kerr.

340 (339) Superficie viridicyanea.

341 (330) Corpore supra nigro vel vere obscure aeneo, nigrescente.

342 (343) Magna, robusta, elytris valde coriaceis, thorace in parte media basali subparallelo; minus nitida. Processu prosternali lateraliter linea punctorum marginato. Long.: 12—19, lat.: 4—7 mm. Astrachaň, Uralsk.

110a. **Sph. foveola ab. usta** m. n. ab. (51).

Hab.: Rossia mer.

A typo colore superficiei nigro vel piceo differens.

343 (342) Minor, gracilior, versus apicem magis attenuata, supra minus coriacea, nitidior, thorace versus anticem fortius arcuatim attenuato. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Subtus nigra.

344 (345) Thorace latiore, breviore, usque fere ad medium parallelo. Antennarum articulo quarto illo tertio distincte breviore. Ovalis, postice valde attenuata, thorace longitudine dublo latiore, profunda fovea antescutellari notato. Elytris versus apicem fortiter attenuatis, apice oblique subtruncato, striis distinctis nullis. Margine interno femorum longe subtiliter albido ciliatis. Long.: 13—15, lat.: 4·5—5 mm. Karagaitau: Narynsk. Vallis Naryn: Togus-Tjurae, 7. 1901 (Hauser).

113. **S. pilipes** B. Jak.

345 (344) Thorace iam a basi versus anticem arcuatim attenuato. Margine interno femorum haud vel breviter, parum conspicue ciliatis.

346 (347) Antennarum articulo tertio et quarto longitudine aequalibus. Robustior, latior, corpore latitudine triplo longiore, elytris multo brevioribus, seriebus punctorum elytrorum subtilissimis, sed tammen distinctis. Long.: 15—16, lat.: 5—5·5 mm. Turkestan. Buchara. Djarkent (Semirječie).

113a. **S. pilipes ssp. Winkleri** Obenb.

347 (346) Antennarum articulo quarto illo tertio distincte breviore. Forma elongata, corpore latitudine quadruplo longiore, magis angusto, magis attenuato, graciliore, superficie elytrorum satis subtiliter et valde irregulariter punctata. Long.: 14, lat.: 3·8 mm. Sibiria: Tarbagatai.

113b. **S. pilipes ssp. Strandi** Obenb.

348 (319) Interstitiis alernis elytrorum elevatis. Abdomine late piloso marginata.

349 (354) Praecipue solum illis intervallis secundo (= subsuturali) et octavo (= sublaterali) t o t i s elevatis, illis quarto et sexto solum antice plus vel minus distincte subcarinatis; partibus impressis dense albido farinosis.

350 (351) Scutello longitudine triplo latiore, transversim elliptico. Metallica, cupreonitens, subtus purpureo et chalybeoomicans; prothorace parce subtiliterque punctato; elytris quadricostatis, costis mediis duabus apicem versus abreviatis; interstitiis primo et secundo margineque laterali subopacis, fortiter rugoso punctatis; long.: 14—17 mm. Mongolia: In deserto Gobi ad Szair-uzsu et Tugurjuk.

114. **S. Zichyi** Csiki.

351 (350) Scutello cordiformi, longitudine haud duplo latiore. Fascia laterali abdominis e pilis luteolis composita. Articulo tertio et quarto antennarum longitudine aequali.

352 (353) Thorace summum latitudinis in basi attingente. Subtus laete cuprea, rarius paullo violascens; articulo tertio antennarum haud triangulari. Thorace longitudine $1^2/_3$ latiore. Elytris apice separatim rotundatis. Interstitiis 5—7 solum postice impressis, sulculum coriaceo vel rugoso punctatum formantibus. Coxarum posteriorum margine apicali leviter, sed distincte bisinuato. Supra cuprea, nitida, costis nigrescentibus, partibus depressis et dense punctulatis, saepe cuprescentibus, irridescentibus vel cyanescentibus. Long.:

13·5—16, lat.: 4·5—5·5 mm. Rossia Sibirica: Guberniae: Jenissejskaja, Irkutskaja, Zabajkalskaja. Mongolia (= *daurica* Mars.).

115. S. **canaliculata** Pallas.

353 (352) Thorace summum latitudinis ante medio attingente; subtus nigrocyanea, nitida; articulo tertio antennarum triangulari. Thorace longitudine duplo latiore; elytris apice conjunctim rotundatis; interstitiis 5—7 rugosulis, in prolongatione impressionis lateralis thoracis sulcum longitudinalem formantibus. Coxarum posteriorum margine apicali late arcuato. Corpore supra colore variabili, aurato, obscure aeneo, violaceo vel obscure cyaneo. Long.: 10, lat.: 3·5 mm. Sibiria: Dauria. Irtyš, Jenisej. (= *Pallasia* Mars., Kerr.) *)

116. S. **Marsueli** E. Sd.

354 (349) Interstitiis 2, 4, 6, 8, subaequaliter elevatis. Corpore subtus nigro.

355 (356) Fronte profunde impressa. Thorace longitudine duplo latiore. Cupreoviolacea, nitida. Articulo tertio antennarum illo secundo solum parum longiore. Elytris a tertia parte apicali attenuatis, seriebus punctorum distinctis; interstitiis illis alternis leviter et praecipue in parte basali elevatis. Long.: 15, lat.: 5 mm. Turkmenia.

117. S. **fissifrons** Mars.

356 (355) Fronte haud vel modice impressa. Thorace longitudine solum 1⅓ latiore. Articulo tertio antennarum illo secundo circiter 1½ longiore. Elytris versus apicem longius attenuatis. Seriebus longitudinalibus elytrorum indistinctis.

357 (358) Metasterno et sternito basali leviter canaliculatis. Coxarum posteriorum margine apicali simpliciter late arcuato. Impressione media thoracis profunda, satis dense punctata, impressionibus lateralibus subrugosis. Thorace summum latitudinis ante medio attingente. Abdomine rare punctato. Ovalis, elongata, satis leviter convexa, supra aureocuprea. Long.: 17, lat.: 6 mm. Sibiria: Irtyš. (= *fossulata* Marseul nec Gebler.) *)

118. S. **commixta** m. n. n.

358 (357) Metasterno et sternito basali nullo modo canaliculatis. Coxarum posteriorum margine apicali in tertia parte interna fortiter emarginato. Impressione media thoracis lineari, angusta, illis lateralibus profundis et rugose punctatis; carinis lateralibus thoracis desuper sulculo longitudinali subtili delimitatis, otaque thorace fere quinquesulcato. Abdomine satis dense punctato. Ovalis, elongata, satis convexa, postice valde attenuata, obscure aenea, cuprascens, subtus nigra, partibus lateralibus cupreoaeneis. Long.: 16, lat.: 6·3 mm. Thibet boreoorientalis: Montes Nanšan: Kuku-usu.

119. S. **Roborowskyi** B. Jak.

359 (316) Margine anteriori thoracis totaliter vel solum lateraliter stria subtili, distincta marginato; stria hac nonnunquam in medio lobi anterioris plus vel minus late interrupta.

360 (369) Articulo tertio et secundo antennarum longitudine aequalibus vel fere aequalibus.

361 (364) Interstitiis alternis nullo modo elevatis (illis caeteris, praecipue lateraliter nonnunquam subdepressis). Aeneocuprea. Thorace subparallelo.

---

*) Species haec a Dom. Kerremans false illis speciebus, abdomine plagis laevibus lateralibus ornatis (sectio Sph. antiquae Ill.) valde false apposita est. Species haec est sine ullo vestigio plagarum talium abdominis. Indicatio contraria Dom. Kerremans (Monogr. VI., p. 174) est maxime erronea.

*) Exemplaria originalia speciei Dom. Gebler vidi!, Sph. fossulata Gebler = Gebleri Cast. & Gory, etc.

362 (363) Fascia laterali pilosa abdominis non interrupta, contigua. Thorace longitudine $1^1/_3$ latiore. Sulco medio thoracis angusto. Elytris apice separatim rotundatis; seriebus elytrorum e punctis elongatis compositis; depressione posthumerali elytrorum haud distincta. Processu prosternali solum lateraliter, fortiter striatim marginato. Coxis posticis margine apicali subrecto. Long.: 13, lat.: 4·7 mm. Persia borealis. Vide:

97. **S. arcana** B. Jak.

363 (362) Fascia laterali pilosa abdominis plagulis plus vel minus distinctis glabris interrupta, haud contigua. Thorace longitudine $1^1/_2$ latiore. Sulco medio thoracis lato. Elytris apice conjunctim rotundatis, seriebus elytrorum subtilibus, depressione posthumerali elytrali lata, distincta, longitudinali. Processu prosternali totaliter stria profunda marginato. Coxis posticis margine apicali valde bisinuato. Long.: 12·5—13·5, lat.: 4·5—5·5 mm. Caucasus. Eldar. (= *S. Mannerheimi* Thoms. nec E. Sd. nom. praeocc.)*

120. **S. latesulcata** B. Jak.

364 (361) Interstiis elytrorum alternis plus vel minus fortiter elevatis vel alterne sculptura differenti notatis. Elytris postice conjunctim rotundatis. Abdomine fasciae longitudinali laterali pilosa marginato.

365 (366) Maior, valde elongata, aeneonigra, nitida. Thorace longitudine solum $1^1/_3$ latiore, sulcis angustis notato, on medio summum latitudinis attingente, antice marginato; humeris, sutura et partibus anterioribus interstitiorum 2 et 4 elytrorum subelevatis, interstitiis illis dein rugulose punctatis. Seriebus punctorum in parte suturali elytrorum haud distinctis. Abdomine rugosopunctato. Long.: 16, lat.: 6 mm. Caucasus.

121. **S. demissa** Mars.

366 (365) Minor, aeneocuprea vel cuprea, nitida, subtus violaceocyanea vel nigrocyanea; thorace longitudine duplo latiore, parallelo vel ante medium summum latitudinis attingente; impressionibus lateralibus thoracis rugoso punctatis. Stria marginali anteriori thoracis medio late interrupta.

367 (368) Thorace summum latitudinis ante medio attingente, versus basim leviter subsinuato, seriebus longitudinalibus punctorum satis fortibus, interstitiis 2, 4, 8 fortiter elevatis, interstitiis 5 et 7 rugulosis, sulculum in prolongatione sulci lateralis thoracis formantibus. Prosterno punctis aliquot satis fortibus notatis. Subtus nigrocyanea. Colore superficiei variabili (aureo, aeneo, obscuro, violaceo, cyaneo). Sibiria: Irtyš. Long.: 10, lat.: 3·5 mm. (= *Pallasia* Mars., Kerr.) Vide:

116. **S. Marseuli** E. Sd. (nec Kerr.)

368 (367) Thorace subparallelo, sulco medio valde lato, vage punctato, cum fovea antescutellari impressionem subanchoralem formante; impressionibus lateralibus antice abbreviatis, fortissime punctatis, margine inflato. Seriebus elytrorum e punctis magnis satis densis compositis; interstitiis alternis elevatis, subtiliter punctatis, fortiter et dense rugosulis. Prosterno lateraliter striatim marginato. Supra aeneocuprea, subtus violaceocyanea. Long.: 11·5, lat.: 3·7 mm. Ala-Tau.

122. **S. barbata** B. Jak.

369 (360) Articulo tertio antennarum illo secundo semper longiore.

370 (401) Impressionibus submarginalibus (antehumeralibus, lateralibus) thoracis angustis, linearibus, sulciformibus, a latere thoracis distantibus, margine laterali thoracis desuper visibili. Impressione thoracis media plus vel minus profunda, sed semper angusta vel lineari. Impressionibus his tribus

---

*) **S. Mannerheimi** E. Sd. anterius nominata (= heteronyma Obenb. = laticollis Mann. in subgenus Chilostetha B. Jak. pertinet.

fere semper punctura densa subtili notatis. Carina laterali thoracis manifesta, inflata, desuper visibili.

371 (400) Disco thoracis inter sulco medio et laterali subtiliter, sed semper distincte punctato, solum modice laevigato et micante. Sulco thoracis medio et illis lateralibus magis superficialibus, minus fortibus.

372 (387) Interstitiis alternis elytrorum nullo modo vel solum in parte brevisima basali subelevatis.

373 (380) Corpore supra et subtus nigro.

374 (375) Thorace longitudinaliter quinqueculcato, sulcis lateralibus duobus. Abdominis lateribus fascia pilosa testaceolutea marginata. Capite medio profunde sulcato. Thorace longitudine duplo latiore, subparallelo, versus anticem attenuato, sulco medio lato et profundo, sulcis lateralibus internis antice subobliteratis, superficialibus, rugose punctatis, illis lateralibus externis angustis, profundis, productis, densissime punctatis. Elytris thorace 3½ longioribus, seriebus longitudinalibus e lineolis subtilibus compositis. Long.: 19, lat.: 6·5 mm. Zulfaguar.

123. **S. Komarovi** B. Jak.

375 (374) Thorace longitudinaliter solum trisulcato, sulco laterali uno, simplici. Abdominis lateribus vel albidopilose marginatis, vel fere glabris.

376 (379) Corpore subtus nigro. Capite medio leviter sulcato. Angulis posterioribus thoracis acutis.

377 (378) Prothorace lateribus leviter arcuato. Elytris apice separatim rotundatis. Interstitio elytrorum octavo (submarginali) in medio elytrorum subelevato. Processu prosternali lateribus fortiter marginatis. Ovalis, elongata, satis leviter convexa; long.: 13, lat.: 4·5 mm. Turcomania. Vide:

129. **S. obscura** B. Jak.

378 (377) Thorace versus anticem fortiter arcuatim attenuato. Elytris apice conjunctim rotundatis, interstitio octavo haud subelevato. Processu prosternali solum linea punctorum marginato. Elongata, convexa, supra subtiliter sculpta, capite angusto. Long.: 17, lat.: 6 mm. Caucasus.

124. **S. Ajax** Kerr.

379 (376) Corpore subtus nigro, lateribus abdominis et sternalibus roseocupreis. Thorace magno, versus anticem arcuato; elytris in regione scutellari subdepressis, apice conjunctim rotundatis. Abdomine fere laevi, vage punctulato. Long.: 22, lat.: 8 mm. Persia: Luristan.

125. **S. Agrippina** Kerr.

380 (373) Corpore supra metallico, plus vel minus obscure cupreo vel cupreoaeneo.

381 (382) Corpore supra laete cupreoaeneo. Interstitio quarto elytrorum in parte basali subelevato, parte basali elytrorum valde gibbosa. Subtus viridescens vel nigricans, lateribus aurocupreis. Interstitiis elytrorum haud punctatis, rugulosos et subcoriaceo granulosos. Long.: 19, lat.: 8 mm. Coxis posterioribus sinu epimerali nullo. Persia. Asia Minor: Taurus.

126. **S. cunea** Mars.

382 (381) Supra obscurius cuprea. Basi interstitii quarti haud elevata, elytris fortius et distinctius, seriatim, haud coriaceo sculptis.

383 (386) Sternito basali nullo modo canaliculato. Punctura abdominis simplici, subtili, nullo modo aciculata vel areolata.

384 (385) Coxarum posteriorum margine postico in regione laterali (epimerali) nullo modo breviter sinuatim emarginatis, apice simpliciter late arcuato. Longior, parte scutellari elytrorum subdepressa et basi elytrali magis

inaequali. Setis inferioribus lateralibus articulorum tarsorum brevioribus, fortioribus. Corpore supra obscure cupreo, subtus nigro, unicolori.

124a. **Ajax ssp. Shahrudensis** m. n. ssp. (52).

Hab.: Persia: Shahrud.

A typo colore superficiei obscure cupreo, forma graciliore, thorace paullo breviore, angulis posticis magis prolongatis, impressione media thoracis fortiore differt.

385 (384) Coxarum posteriorum margine postico in regione laterali (episternali) distincta sinuatim emarginato ibidemque coxis subito attenuatis. Brevior, subtilius, magis aequaliter sculpta; setis inferioribus lateralibus articulorum tarsorum longioribus, subtilioribus. Corpore supra brunneoaeneo, subtus medio nigrescente, lateribus roseoviolaceis. Long.: 13—15, lat.: 4—5 mm. Persia: Luristan.

127, **S. profusa** Kerr.

386 (383) Sternito basali medio subcanaliculato. Ovalis, satis abbreviata, supra obscure cuprea, subtus nigroaenea. Facie *S. abbreviatae* B. Jak. Long.: 14, lat.: 5·5 mm. Syria.

128. **S. obruta** Kerr.

387 (372) Interstitiis alternis omnibus vel nonnullis elytrorum totaliter vel in maiori parte elevatis vel subcarinatis. Interstitiis alternis sublateralibus (= int. octavo) fere semper elevato.

388 (389) Corpore supra et subtus nigro. Angulis thoracis posterioribus acutis. Elytris apice separatim rotundatis, interstitio solo octavo in parte media elytrorum elevato. Processu prosternali lateraliter carinatim marginato. Long.: 13, lat.: 4·5 mm. Turcomania.

129. **S. obscura** B. Jak.

389 (388) Corpore supra fere semper, subtus semper metallico, cupreo vel aeneo.

390 (393) Species magnae, robustiores. Elytris latitudine haud 2½ longioribus.

391 (392) Interstitio quarto toto antice fortius, postice distincte subelevato. Magis elongata, minus robusta, elytris longioribus, angulis posticis thoracis minus prolongatis. Supra cuprea, subtus aureocuprea, lateribus abdominis luteopiloso marginatis. Thorace lato. Interstitiis alternis elytrorum 2, 4, 6, 8, basi distincte, dein leviter, in tertia parte apicali indistincte elevatis. Long.: 18—20, lat.: 6·5—7·5 mm. Syria, Asia Minor.

130. **S. trisulcata** Reiche.

392 (391) Interstitio quarto antice solo, interstitio octavo toto elevato. Sculptura seriali in maiore pare elytrorum subtiliter coriaceo granulosa, seriebus longitudinalibus indistinctis. Supra cuprea, subtus viridescens vel nigricans, lateribus aureocupreis. Robustior, minus elongata. Long.: 19, lat.: 8 mm. Persia. Asia Minor: Taurus. Vide:

126. **S. cunea** Mars.

393 (390) Species graciliores, longiusculae. Elytris latitudine plus quam 2½ longioribus.

394 (399) Thorace lateribus plus vel minus fortiter rotundatis, interstitiis alternis elytrorum plus vel minus subelevatis.

395 (398) Corpore supra cupreo vel aeneocupreo, sulcis thoracis concoloribus vel viridescentibus. Processu prosternali subtiliter striatim marginato.

396 (397) Sulcis thoracis concoloribus. Valde elongata, subparallela, articulo tertio antennarum illo secundo $1^1/_3$ longiore; thorace antice totaliter marginato, angulis anticis subrotundatis; sulcis thoracis angustis, dense subtiliter punctulatis, spatio intersulcari discali laevigato, lato, subtilissime sparse

punctato. Interstitio secundo et quarto elytrorum, praecipue in parte basali, magis elevatis. Seriebus elytrorum longitudinalibus distinctis. Long.: 9—15, lat.: 2·5—4 mm. Hispania, ? Gallia meridionalis, ? Sicilia, Graecia, Creta, Turcia, Asia Minor, Syria, Mesopotamia, Aegyptus, Transcaucasia.

131. **S. lapidaria** Brullé.

397 (396) Sulcis thoracis solis laete viridibus. Graecia.

131a. **S. lapidaria var. hellenica** Obenb.

398 (395) Corpore supra nigrocyaneo vel cyaneo, subtus cupreo.

131b. **S. lapidaria var. cyanina** m. n. var. (53).

Hab.: Persia: Aghir Dagh.

Subtus cuprea. A typo colore. Supra cyanea vel nigrocyaneo differt.

399 (394) Thorace lateribus parallelis, latitudinem maximano elytrorum saepe superantibus.

131c. **S. lapidaria ssp. caucasicola** m. n. ssp. (54).

Hab.: Transcaucasia or.: Baku.

A typo thorace latiore, elytris saepe latiore, lateribus parallelis, medio profundius sulcato, elytris interstitiis omnibus planis, illis alternis densius, subtilius punctatis, interstitio suturali totaliter, interstitio quarto in parte tertia basali laevigatis, elevatis, impunctatis.

400 (371) Disco thoracis inter sulco medio valde profundo et sulco laterali laevigato, valde nitido, impunctato. Interstitiis alternis 1, 4, impunctatis, illis 3, 5, 7 etc. subtilissime (duplo subtilius quam apud l a p i d a r i a m) punctatis. Thoracis lateribus parallelis, latitudinem summam elytrorum superantibus.

132. **Sph. Ogloblini** m. n. sp. (55).

Hab.: Luristan (Persia). Long.: 12, lat.: 3·8 mm.

Illae l a p i d a r i a e forma et coloratione simillima, sed angustior, thorace magis parallelo, manifeste et multo profundius trisulcato, sulco medio vere profundo, sulcis omnibus parallelis, angulis posticis thoracis postice prolongatulis, thoracis basi elytris latiore, elytris (praecipue in medio) multo magis aequalibus, interstitiis alternis (basi excepta) nullo modo alterne elevatis, elytris apice fere conjunctim rotundatis, colore subtus multo obscuriore, tibiis gracilioribus, abdomine nitidiore, sparsius et multo subtilius punctato. Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, carina laterali thoracis recta, longa, antice inflata, postice deflexa.

Speciem hanc pulchram *Dom. Dr. A. A. Ogloblin* in honorem amicissime denomino.

401 (370) Impressionibus submarginalibus thoracis latioribus, illis laterioribus et medio dissimilibus, carina laterali thoracis desuper haud vel raro visibili, multo angustiore, normali.

402 (403) Processu prosternali apice tridentato, subtricuspidato, dente medio magno late rotundato, duobus lateralibus acute triangularibus; lateraliter marginato. Lata, brevis, parum convexa, supra obscure aenea, nitida, subtus obscure cyanea, partim violacea, nitida. Margine externo tibiorum anteriorum et mediarum crenulato. Abdomine lateraliter fascia pilosa marginato. Articulis antennarum secundo et quarto aequalibus, articulo tertio illo secundo paullo longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, impressionibus lateralibus superficialibus. Elytris apice externo dente obtuso rotundato forti notatis, interstitiis alternis leviter elevatis, seriebus longitudinalibus e lineolis formatis. Coxis posterioribus margine apicali late emarginato, epimeris prominentibus, apice acutissimis. Supra plana, subtus convexa. Long.: 11, lat.: 5 mm. Transcaspia: Guiaouars.

133. **S. serripes** B. Jak.

403 (402) Processu prosternali subparallelo, nullo modo tricuspidato: Epimeris nullo modo prominentibus vel acutis.

404 (455) Impressionibus lateralibus thoracis parum vel haud distinctis, (illa Ariadne m. excepta!) vage delimitatis atque punctura substrioliformi vel lineiformi notatis. Interstitiis alternis nullo modo vel inconspicue elevatis. Inflatione laterum thoracis nulla vel haud perceptibili. Superficie saepissime microscopice alutacea.*) Seriebus elytrorum e lineolis parvis formatis.

405 (408) Tarsorum posteriorum articulo basali illos duo (♀) vel tres (♂) articulos ultimos longitudine adaequante. Species maiores (long.: 11·7—17, lat.: 4·5—6 mm.

406 (407) Abdomine glabro.**) Marginis anterioris thoracis stria marginali nullo modo interrupta. Antennis gracillimis. Sculptura superficiei subtilissima. Ovalis, elongata, postice leviter attenuata, supra nigrocyanea, nitida, subtus obscure cyanea, nitidissima. Thorace subparallelo, longitudine $1^1/_3$ latiore. Scutello saepe aureoviolaceo. Pedibus gracilibus, cyaneoviolaceis. Long.: 11·7—12·5, lat.: 4·5—5 mm. Buchara: Šašma-Ufisan, Tenghi-Haram.

134. **S. Lia** B. Jak.

407 (406) Abdomine lateraliter fascia pilosa, grisea, contigua, lata marginato. Thoracis stria anteriori medio interrupta. Sculptura seriali elytrorum subtili, sed distincta. Antennis fortioribus. Elongata, postice attenuata, supra subdeplanata, nigra. Thorace usque ad medium parallelo, dein rotundato, longitudine 1½ latiore. Depressione laterali thoracis punctis aliquot agglomeratis fortioribus notata, depressione media satis lata atque solum in parte antescutellari distincta. Long.: 13—17, lat.: 3·8—6 mm. (= plana B. Jak. = sarta Obenb. [monstr.])

135. **S. margellanica** Kraatz.

408 (405) Tarsorum posteriorum articulo basali ♀ illo ultimo aequali, ♂ longitudine illos duo ultimos adaequante vel fere adaequante. Tarsis et antennis brevioribus, robustioribus, minus gracilibus.*)

409 (410) Thorace lateribus breviter longitudinaliter impressis, in disco foveolis quatuor profundis in quadrato positis ornato. Corpore supra nigro, parum nitido, subtus nigroaeneo. Secundo articulo antennarum illo quarto haud breviore. Carina thoracis laterali recta, basi valde deflexa. Abdomine lateribus sparse, haud fasciatim piloso. Thorace subparallelo, longitudine 1½ latiore: elytris subtiliter, distinctissime seriato lineolatis, interstitiis aequalibus, impunctatis, apice separatim rotundatis. Long.: 9·5, lat.: 3·4 mm. Creta.

136. **S. Ariadne** Obenb.

410 (409) Thorace nullo modo foveolis et impressionibus ornato, foveolis discalibus, cum praesentibus, multo levioribus, parum conspicuis.

411 (426) Thorace medio solum vere inconspicue longitudinaliter impresso, parte media thoracis subconvexa, haud late deplanata: thorace itaque convexiore, etiam versus basim elytrorum leviter declivi. Carina laterali thoracis postice valde declivi.

412 (417) Striis longitudinalibus elytrorum e lineis longioribus compositis: interstitiis elytrorum inaequalibus, transverse distincte variolose rugatulis. Superficie obscura, haud sericeomicante. Thorace minore, minus convexo, punctis sparsioribus et multo subtilioribus tecto. Corpore subtus obscuro, nigroaeneo vel nigro. Abdomine glabro vel fere glabro.

---

*) »chagriné«.

**) Vide etiam: depressiuscula m. n. sp.!

*) Solum apud illis speciebus e Asia centrali: depressiuscula m., Schelli m., askhabadensis m. gracilioribus.

413 (414) Parva, gracilis, elongata. Fronte antice purpurea. Superficie nigra, corpore subtus fere nigro. Antennarum articulo secundo illo quarto distincte breviore. Stria marginali anteriori thoracis medio anguste interrupta. Long.: 7, lat.: 2 mm.

137. **S. graeca** Obenb.

414 (413) Maior, superficie violaceoaenea, obscura, nigrescens, alutacea, sericeomicante. Articulo secundo et quarto antennarum longitudine aequalibus. Stria anteriori thoracis totaliter distincta.

415 (416) Maior, latior, supra magis depressa, thorace longitudine $1^2/_3$ latiore, parallelo, angulis posticis acutis, prolongatis, elytris fere iam a basi versus apicem leviter attenuatis. Articulis intermediis antennarum magis transversis. Elytris latioribus, minus fortiter rugulose variolatis. Tibiis posterioribus ♂ in parte apicali interna distincte, satis fortiter calcaratis. Subtus fere nigra. Abdomine glabro. Long.: 9·5, lat.: 3·5 mm. Creta.

138. **S. Minos** Obenb.

416 (415) Minor, subparallela, magis convexa, thorace longitudine $1\frac{1}{2}$ latiore, paullo ante medio summum latitudinis attingente, lateribus rotundatis, versus basim leviter, sed distincte attenuato. Articulis intermediis antennarum minus transversis. Elytris multo angustioribus, fortiter rugulose variolatis. Tibiis posterioribus ♂ in parte apicali interna haud vel parum conspicue calcaratis.

139. **Sph. albanica** m. n. sp. (56).

Hab.: Albania. Long.: 9·5, lat.: 2·9 mm.

Oblonga, supra satis leviter convexa, illae gemellatae Ill. in forma generali satis appropinquans; superficie tota alutacea, paurm sericeonitida, obscure violaceo-brunneoaenea, subtus nigrescente. Capite satis convexo, sparse et subtiliter, praecipue antice punctato, parte anteriori rubroaenea. Antennis nigris, satis gracilibus, antennarum articulo tertio illo secundo solum $1\frac{3}{4}$ longiore, thorace longitudine $1\frac{1}{2}$ latiore, antice bisinuatim emarginato et totaliter marginato, leviter, regulariter convexo, medio late longitudinaliter, lateraliter parum distincte subdeplanato, punctis valde subtilibus sparse tecto, lateraliter punctis his in lineolas brevissimas, subtililssimas performatis. Punctura fundamentali nulla, illa sculptura microscopica alutacea restituta. Carina laterali usque ad quartam partem anteriorem producta, curvata, postice et antice deflexa. Scutello longitudine circiter $1\frac{1}{2}$ latiore, parvo, subcordiformi. Elytris latitudine $2\frac{1}{2}$ longioribus, usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus separatim subbiangulose rotundatis, elytrorum sculptura e seriebus subimpressis lineolarum satis longarum composita, interstitiis haud elevatis, sed transverse hic et ibi, irregulariter variolatis et rugatulis, inaequalibus, in fundamento vere distincte alutaceis. Abdomine nigrescente, lateraliter haud piloso, pedibus fortibus, satis robustis.

417 (412) Striis longitudinalibus elytrorum e lineis brevioribus compositis; interstitiis aequalibus, haud transverse rugatulis (illa gemellata ssp. oreobata m. excepta). Superficie laete cuprea vel aeneocuprea (rare cyanea), sericeomicante, alutacea. Abdomine in angulis latero anterioribus sternitorum plus vel numis laevigato. Thorace maiore, magis convexo, punctis fortioribus et densioribus, profundius impressis tecto. Corpore subtus laete colorato: aeneocupreo, purpureocupreo vel laete cyaneo, violaceomicante, rare nigrescente. Abdomine lateraliter semper plus vel minus distincte pubescente.

418 (425) Impressione media thoracis distinctiore, lineari. Scutello longiore, magis cordiformi, longitudine haud $1\frac{1}{2}$ latiore. Articulo quarto antennarum illo secundo haud longiore. Parte media thoracis convexiore. Lobo medio marginis thoracis anterioris latius et minus fortiter producto. Interstittis al-

ternis elytrorum distinctissime, satis dense, illis aliis sparsius punctatis, seriebus elytrorum distinctioribus. Coxarum posteriorum margine apicali in parte laterali (epimerali) nullo modo sinuatim emarginatis. Abdomine multo densius, fortius profundius punctato. Pedibus brevioribus, fortioribus, tibiis fortioribus, tibiis ♂ posticis apice in parte interna fortius calcaratis.

419 (424) Striis elytrorum superficialibus, interstitii nullo modo transverse variolatim vel rugulatim conjunctis. Sculptura elytrorum aequali, subtili. Lineolis striarum brevibus. Interstitiis alternis planis.

420 (423) Corpore supra cupreo, aeneo cupreo vel nigroaeneo.

421 (422) Corpore supra et subtus laete cupreo vel aeneo cupreo. Ovalis, satis convexa, versus apicem modice attenuata. Long.: 7·5—15, lat.: 3—5 mm. (=conica Cast. & Gory, =cupriventris Cast. & Gory, =Silvestrii Leoni*). Algeria, Lusitiana, Gallia merid., Sardinia, Sicilia, Italia, Jugoslavia bor.-occ., Turcia, Creta.

140. **S. gemellata** Ill.

422 (421) Corpore supra obscure nigrocupreo, subtus nigro.

140a. **S. gemellata var. carboniventris** m. n. var. (57).

Hab.: Algeria: Lambessa.

A typo colore subtus carbonicolori, nigro, supra vere obscure nigroaeneo differens.

423 (420) Corpore supra et subtus laete coeruleo, tibiis laete violaceis.

140b. **S. gemellata var. coerulans** m. n. var. (58).

Hab.: Sicilia.

A typo colore superficiei obscure cyanea, antice violaceomicante, corpore subtus laete coeruleo, tibiis laete violaceis differens.

424 (419) Striis elytrorum magis impressis, interstitiis subvariolatim transverse conjunctalis, interstitiis alternis paullulo elevatis. Impressione media thoracis profundiore.

140c. **Sph. gemellata ssp. oreobata** m. n. ssp. (59).

Hab.: Georgia (Caucasus).

Supra et subtus laete cuprea. A typo sulco medio thoracis profundiore, striis elytrorum e lineolis longioribus, fortius impressis compositis, interstitiis alternis leviter subelevatis, superficie elytrorum satis variolata, interstitiis pliculis transversis vel rugis irregulariter hic et ibis conjunctis.

425 (418) Impressione media thoracis perparum distincta vel nulla, thorace in parte dorsali late, in forma longe subtrapezoidali subdepresso. Scutello magis transverso. Articulo quarto antennarum illo secundo distincte longiore. Parte media thoracis deplanata. Lobo medio marginis anterioris thoracis fortius, minus late producto. Interstitiis elytrorum punctura obliterata, illis alternis et aliis aequaliter sculptis; seriebus elytrorum punctura multo subtilioribus. Coxarum posteriorum margine apicali in parte laterali (epimerali) distincte, breviter, sinuatim emarginato. Abdomine sparsius, multo subtilius punctato. Pedibus longioribus, tibiis gracilioribus, interne magis bisinuatis, tibiis ♂ postitis apice in parte interna minus fortiter calcaratis.

Vide: 429 (438).

426 (411) Thorace medo deplanato vel, in parte praescutellari, fovea magna, versus basim dilatata, longe trapezoidali notato; thorace medio magis deplanato.

427 (454) Sculptura seriali elytrorum distincta. Superficie plus vel minus distincte alutacea vel sericeomicante.

428 (439) Thorace medio solum late deplanato, ante scutello haud vel

---

*) E typo!

leviter impresso. Elytris magis parallelis, supra minus deplanatis, convexioribus. Tarsis satis fortibus. Superficie (a latere visa) et corpore inferiore fere eodem modo convexis. Abdominis lateribus in angulis sternitorum lateroanterioribus plagulis laevigatis nullis. Corpore supra laete cupreo, brunneocupreo, rerissime cyaneo, corpore subtus cupreo vel violaceocupreo, rarissime cyaneo.

429 (438) Subtiliter sculpta, alutacea, sericeomicans, nitida. Impressione media longitudinali thoracis nulla. Scutello magis transverso. Articulo quarto antennarum illo secundo distincte longiore. Lobo medio anteriori thoracis fortius minus late producto. Punctura elytrorum interstitiorum obliterata, interstitiis omnibus sculptura aequali subtilissima. Coxarum posteriorum margine apicali in parte laterali distincte breviter, sinuatim emarginato. Abdomine sparsius, multo subtilius punctato. Pedibus longioribus, tibiis gracilioribus, interne magis bisinuatis, tibiis ♂ posticis apice in parte interna minus fortiter caecaratis. Long.: 8·5—10, lat.: 2·8—3·5 mm.*)

430 (431) Corpore supra et subtus laete cupreo. Algeria, Lusitania. (= S. dilaticollis auct., non Cast. & Gory.)

141. **S. laticollis** Oliv.

431 (430) Corpore subtus purpureoviolaceo, cyaneo vel cyaneoviolaceo.

432 (433) Corpore supra laete cupreo vel purpureocupreo, subtus laete purpureo vel purpureoviolaceo.

141a. **S. laticollis var. dilaticollis** Cast. & Gory.

433 (432) Corpore subtus cyaneo, violaceomicante, supra cyaneo, obscure nigroaeneo vel cupreo.

434 (435) Corpore supra laete cyaneo, capite et thoracis parte anteriori plus vel minus purpureoviolaceis. Corpore subtus laete cyaneo, violaceomicante. Thorace impressionibus foveoformibus dorsalibus nullis, parallelo, versus basim nullo modo attenuato. Corpore supra convexiore, superficie elytrorum subtiliter sculpta, haud transverse variolata. Tunis: Ain Draham.

141b. **S. laticollis var. Osiris** Obenb.

435 (434) Thorace in disco foveolis duabus transverse positis notato. Parum convexa. Superficie elytrorum subrugulosa.

436 (437) Corpore supra obscure aeneocupreo, fere nigro, capite plus vel minus laete purpureoviolaceo. Corpore subtus laete cyaneo, violaceomicante. Thorace longitudine plus quam 1½ latiore, versus basim distincte attenuato. Scutello subcordiformi. Articulo secundo antennarum illo tertio distincte breviore. Processu prosternali lateraliter solum linea punctorum marginato. Corpore supra fortiter deplanato; Bou-Saada.

141c. **S. laticollis ssp. bousaadensis** Obenb.

437 (436) Corpore supra laete cupreo, subtus violaceo. Thorace longitudine solum 1⅓ latiore, lateribus parum curvatis; scutello elliptico, mucronato. Articulo secundo antennarum illo tertio maiore.*) Processu prosternali stria ininterrupta totaliter marginato. Corpore convexo, subcylindrico; Algeria. Long.: 6·5, lat.: 2 mm. Vide:

34. **S. bifoveolata** Mars.

438 (429) Sculptura fortiori. Impressione media thoracis distinctiore, lineari. Scutello longiore, magis cordiformi, longitudine haud 1½ latiore. Articulo quarto antennarum illo secundo haud longiore. Parte media thoracis

---

*) Marseul (Monogr., L'Abeille II., 1865, p. 128) erratim non formam typicam, sed varietatem quendam differenter coloratam speciei huius descripsit.

*) Passum hunc in diagnosi originali Dom. Marseul invenio. An bene observatum?

convexiore. Lobo medio marginis thoracis anterioris latius et minus fortiter producto. Interstitiis alternis elytrorum distinctissime, satis dense, illis aliis sparsius punctatis, seriebus elytrorum distinctioribus. Coxarum posteriorum margine apicali in parte laterali (epimerali) nullo modo sinuatim emarginato. Abdomine multo densius, fortius, profundius punctato. Pedibus brevioribus, fortioribus, tibiis fortioribus, tibiis ♂ apice in parte interna fortius calcaratis. Vide: 419 (424)

439 (428) Thorace medio late, in forma ovali vel longe trapezoidali deplanato et late excavatim impresso. Elytris multo magis planis, versus apicem fortius attenuatis, parte dorsali media corporis superioris saepissime valde depressa vel deplanata. Apice elytrorum denticula parva suturali plus vel minus distincta notato. Colore supra nigro vel cyaneo, saepe violascenti.

440 (445) Depressione thoracali antescutellari subtrapezoidali. Elytris longioribus, apice minus regulariter rotundato. Tarsis robustioribus, fortioribus, circiter ⅔ longitudinis tibiae attingentibus. Species Mediterranea.

441 (442) Nigra, leviter violascens. Sculptura elytrorum variolata, e seriebus punctorum subquadratorum composita. Parte inferiori femorum anteriorum aureoignea, sternito anali purpureo. Long.: 10—13, lat.: 3·8—4·8 mm. Syria. Aegyptus. ? Sardinia.*)

142. **S. Pharao** Cast. & Gory.

442 (441) Seriebus elytrorum e lineolis brevibus compositis.

443 (444) Supra nigro-indigacea vel coerulescens, subtus laete coerulea. Thorace subparallelo, elytrorum basi latiore. Antennarum articulo tertio illo secundo distincte longiore. Sculptura elytrorum magis aequali, sericeomicante. Long.: 9·5—15, lat.: 3—5·8 mm.

142a. **S. Pharao ssp. algirica** Ab.

444 (443) Supra coerulescens usque nigrescens. Thorace basi elytrorum latitudinem haud attingente. Antennarum articulis 2, 3, 4 subaequalibus. Sculptura elytrorum magis variolata, minus sericea. Tauria (? an recte Taurus??), Syria (tria specimina e Syria possideo!)

142b. **S. Pharao ssp. breviuscula** Ab.

---

*) Adnotatio. **Sph. chrysostoma.** Cast. & Gory.

Quod haec species vero sit, me non satis bene scire confiteor. Descriptio speciei huius a dom. Cast. & Gory data maxime incompleta esse mihi videtur. Typum verum, uti typum ab auctore ipso designatum nemo videre potuit. Descriptio originalis nonnullis formis laticollis Ol. speciei apropinguare videtur, sed figura (Cast. & Gory). Monogr. II. Tab. IX. fig. 54 apicem etytrorum distincte trispinosulum uti apud Tappesi Mars. demonstrat! Ea de re verisimiliter Dom. Marseul speciem hanc inter gregem »Rutilants« locavit. Auctores nonnulli (Ganglbauer, Abeille de Perrin, Bedel, Jakovlev) speciem hanc affinem esse illae Pharao Cast. & Gory declarant, sed discussiones horum auctorum solum calculationes plus vel minus verisimiles academicas nullumque verum documentum continent. In revisione subgeneris Tropeopeltis B. Jak. specierum palaearcticarum, quem diebus his in Col. Centralblatt, publicandi causa miserim, speciem hanc inter Tropeopeltes locavi, quia:

1. nulla forma figurae dom. Cast. & Gory similis inter materialibus valde copiosis mihi e Graecia notis occurrit.

2. figura atque descriptio speciei huius dubiosae exemplaribus nonnullis, quos ex Aegina possideo similis est. Sed haec species ex Aegina distinctissima est Tropeopeltis atque etiam a Dom. E. Reitter uti chrysostoma Cast. & Gory considerata!! Qua de re etiam in opusculo meo praecedenti, (Sborník IV. 28. p. 59) speciem hanc inter illis simulatrici Rtt. et Tappesi Mars. similibus citavi.

3. Descriptio originalis paullo solum illae descriptioni ssp. breviuscula Ab. correspondet, sed figura valde diversa esse videtur.

445 (440) Depressione thoracali antescutellari ovali vel circulari, elytris multo magis abbreviatis, apice angustius atque magis regulariter rotundato. Tarsis gracilibus, longis, circiter $^4/_5$ longitudinis tibiae attingentibus.

446 (453) Margine laterali abdominis fascia pilosa satis lata, contigua, regulari ornato. Stria anteriori thoracis vel totali, integra, vel nulla. Corpore magis abbreviato, versus apicem fortius attenuato.

447 (448) Stria anteriori thoracis nulla. Pedibus nigris. Vide: 311 (312)

448 (447) Stria anteriori thoracis integra, lobo anteriori thoracis totaliter marginato.

449 (450) Elytris parum nitidis, capite et thorace multo subtilius punctatis; thorace minus lato. Impressione basali thoracis profundiore. Elytris micropice alutaceis, nullo modo coriaceis. Apice elytrorum fortius obliquato. Processu prosternali lateraliter striatim marginato.

143. **Sph. Askhabadensis** m. n. sp. (60).

Hab.: Turkmenia: Askhabad. Long.: 9—11·5, lat.: 3·2—4·8 mm.

Illae Schelli m. simillima, thoracis margine anteriori etiam totaliter marginato, supra coerulea, satis leviter sericeomicans, subtus cyanea, nitida, pedibus corporisque lateribus subtus violaceis. Forma illae Schelli m. vere similis, sed supra multo minus nitida, capite thoraceque multo subtilius punctatis, thorace angustiore, impressione media thoracis profundiore, elytris distinctissime microscopice alutaceis (apud Schelli nitidis), nullo modo coriaceis, sed, praecipue in ♂ leviter transverse variolatis vel rugatulis, elytrorum apice utrimque multo fortius obliquato, denticula suturali magis producta. Processu prosternali utrimque subtiliter, sed distinctissime striatim marginato, abdomine toto subtus multo subtilius, sparsius punctato, tibiis gracilioribus, illis ♂ angustioribus et margine interno distincte bisinuato, versus apicem fortius dilatatis, sternito basali leviter, sed distincte canaliculato. Corpore supra et praecipue subtus multo minus nitido. Antennis uti apud illam Schelli m. formatis.

450 (449) Elytris multo nitidioribus, capite et thorace multo fortius punctatis. Thorace latiore. Impressione basali thoracis minus profunda, magis superficiali. Elytris multo nitidioribus, nullo modo alutaceis vel microscopice sericeocoriaceis, apice elytrorum magis rotundato. Processu prosternali immarginato.

451 (452) Corpore supra laete cyaneo.

144. **Sph. Schelli** m. n. sp. (61).

Hab.: Turkestan: Perovsk. (S. Schell.) Long.: 8·8—10·8, lat.: 3·2—4 mm.

Supra deplanata (a latere visa supra recta) subtus convexa, lata, brevis, subnavicularis, summum latitudinis paullo ante medio corporis longitudinis attingente, versus apicem fortiter attenuata. Supra laeta cyanea, paullo violascens, subtus coerulea, abdomine utrimque fascia pilorum alba laterali marginato. Capite satis lato, antice violascente, irregulariter, mediocriter punctato, punctis praecipue antice agglomeratis, in frontis medio plagulis duabus impunctatis. Antennis brevibus, nigris, articulo tertio illo quarto 1⅓ longiore. Thorace longitudine fere duplo latiore, supra, ante basi, late, haud profunde excavatim deplanato, lateribus oblique depressiusculis, summa latitudine in basi attingente, usque versus medium parallelo, dein versus anticem rotundato, margine antico bisinuato et linea subtili totaliter distinctissime marginato, satis fortiter, medio vere sparse, lateribus multo fortius, densius et profundius punctatis, punctura fundamentali indistincta, thorace et capite sub illis punctis generalibus subalutaceo, leviter sericeomicante. Carina thoracis laterali usque ad quintam partem anteriorem producta, basi deflexa. Scutello longitudine circiter 1½ latiore, satis parvo, concavo. Elytris latitudine circiter

duplo longioribus, iam a basi versus apicem rotundatim attenuatis, apice ipso conjunctim rotundato, extus leviter oblique obtusato, intus denticula perparva suturali notato, superficie nitida, seriebus longitudinalibus e lineis brevibus compositis, interstitiis planis, solum sparsissime et subtilissime punctatis, nitidis, sutura postice plana. Processu prosternali lato, lateraliter haud marginato, sparse mediocriter punctato, metasterno plano, sternito anali medio convexo, abdomine nitido, sparse et subtiliter, in segmento anali densius punctato, pedibus gracilibus, satis longis, coeruleoviolascentibus, tibiis ♂ anticis et mediis valde curvatis, illis posticis ♂ margine externo recto, interno fere recto, ante apice denticula parva inversa processiformi notato.

452 (451) Corpore subtus nigro, paullo aenescente vel violaceomicante.

144a. **Sph. Schelli var. alia** m. n. sp. (62).

Hab.: Turkestan: Perovsk.

A typo colore nigro, obscuro, paullo aenescente vel violaceomicante diversa.

453 (446) Abdomine lateraliter glabro, fascia pilosa nulla. Stria anteriori marginali thoracis medio late interrupta. Corpore minus lato, subparallelo, solum postice fortius attenuato.

145. **Sph. depressiuscula** m. n. sp. (63).

Hab.: Samarkand. Long.: 9, lat.: 3 mm.

Supra plana (a latere visa supra in linea recta), subtus convexa; supra nigrocyanea, satis nitida, capite et thorace distincte, subtilissime alutaceis, subtus laetius cyanea, nitidior, glabra, lateribus abdominis glabris. Capite lato, oculorum lateribus internis atque parte capitis epistomali rubroaureis, fronte sparse, subtiliter punctata, punctura fundamentali nulla, antennis nigris, articulo primo cyaneo, articulo secundo et quarto longitudine aequalibus, articulo tertio illo secundo 1½ longiore; thorace longitudine 1½ latiore, antice bisinuato atque ibidem solum lateraliter marginato, stria marginali medio late interrupta, in tertia parte anteriori summum latitudinis attingente, dein versus basim levissime, versus anticem satis fortiter curvatim attenuato, disco subplano, linea media impressa notato, versus scutellum late longitudinaliter depresso, lateribus levissime oblique depressiusculis. Thorace sparse, medio subtilissime, lateraliter satis fortiter punctato. Parina laterali recta, usque ad tertiam partem anteriorem distincta, postice declivi. Scutello longitudine fere duplo latiore, pentagonali. Elytris in parte suturali de planatis, latitudine circiter 2½ longioribus, thorace nullo modo latioribus, usque ad medium fere parallelis, dein versus apicem longe curvatim attenuatis, apice ipso satis tenuiter conjunctim rotundato. Elytris leviter transverse subvariolatis, sculptura super ficiali et subtilissima, e seriebus lineolarum parvarum subtilissimis composita. Interstitiis planis, solum microscopice, sparse punctatis. Processu prosternali sparse subtiliter punctato, immarginato, metasterno et sternito basali nullo modo canaliculatis, abdomine convexo, nitido, glabro, subtilissime sparse punctato, sternito anali apice leviter violascente. Tibiis posticis ♂ externe rectis, interne leviter bisinuatis, in parte praeapicali denticula parva inversa munitis. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ illos duo unitos ultimos longitudine adaequante. Tibiis ♂ anticis et mediis leviter curvatis, margine elytrorum ♂ solum usque ad medium marginato.

454 (427) Elytris nitidis, versus apicem valde attenuatis, satis convexis, irregulariter, dense, satis fortiter punctatis.

146. **Sph. Jermaki** m. n. sp. (64).

Hab.: Rossia: Gab. Uralensis-lacus Inderskoje. Long.: 6, lat.: 2 mm.

Species parva (an semper ?), subtus subplana supra convexa, versus apicem subnaviculatim attenuata, aspectu, specierum affinitatis S. pilipes B. Jak. Supra laete rubrocuprea, subtus cum pedibus violacea, nitida, nullo modo

alutacea. Capite magno et latissimo, satis fortiter irregulariter punctato, antennis nigris, antennarum articulo tertio illo secundo circiter 1⅓ longiore, articulis secundo et quarto longitudine aequalibus. Thorace longitudine $1^3/_5$ latiore, antice late bisinuato et totaliter marginato, lateribus rectis, parallelis, usque a quarta parte anterioriversus apicem attenuatis, carina laterali tenui, leviter sinuata, usque ad quintam partem anteriorem producta. Thorace nitido, punctura fundamentali perpusilla haud distincta, medio vere sparse et subtiliter, lateraliter fortiter et dense punctato, medio, ante scutello, late, superficialiter, longitudinaliter deplanato, depressionibus lateralibus perparum distinctis, solum lateribus inconspicue plane lateraliter depressiusculo. Scutello pentagonali, longitudine 1½ latiore. Elytris thorace solum 2½ longioribus, (a latere visis) versus apicem valde declivis, supra, in regione scutellari subdepressis, thorace paullo latioribus, usque ad medium parallelis, dein valde attenuatis, nitidis, irregulariter, subtiliter punctatis, superficie aequali. Processu prosternali lateraliter seriepunctorum haud distincte marginato, nitido, sparse, satis fortiter punctato, metasterno plano, sternito basali convexo, sternito anali utrimque oblique rotundato, apice medio leviter, minute sinuatim emarginato (♂). Abdominis lateribus fascia lata griseopilosa contigua marginatis, abdomine valde nitido, sparse subtiliter punctato. Tibiis ♂ anticis et mediis leviter curvatis, illis posticis rectis, apice interne leviter calcaratis, tarsorum posteriorum articulo basali ♂ longitudine illos ultimos duo adaequante.

Species haec in sectione praesente elementum alienum repraesentat.

455 (404) Margine thoracis laterali plus vel minus fortiter subinflato atque ita depressionem longitudinalem lateralem thoracis externe melius delimitante.

456 (457) Thorace in medio foveolis quattuor in quadrato dispositis atque impressionibus lateralibus manifestis notato. Vide: 409 (410)

457 (456) Thorace normali haud vel in linea transversa leviter foveolatim notato.

458 (459) Parte media apicali abdominis valde depressa, uti apud species generis Cyphogastra, abdomine antice elevato. Fronte antice manifeste transversim excavata. Oculis parvis, a margine anteriori thoracis valde distantibus. Corpore subtus nigrocyaneo, violascente, supra laete aureoaeneo, abdomine lateraliter pilosomarginato. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore, articulo secundo prolongato, latitudine duplo longiore, illo quarto longitudine aequali. Sternito basali medio canaliculato. Striis elytrorum e lineolis parvis compositis, interstitiis transverse subrugosis, interstitio secundo solum basi, illo quarto totaliter elevato, illo octavo late inflato. Long.: 17·5, lat.: 6·3 mm. Turkestan: Montes Nurata, Sintab.

147. S. cyphogastra B. Jak.

459 (458) Abdomine normali.

460 (461) Capite latissimo, latitudini thoracis illa capitis solum $1^1/_5$ maiore. Thorace versus basim valde angustato, ante medio summum latitudinis attingente. Elongata, subparallela, parum convexa, supra satis laete cupreoaenea, subtus obscure violaceocyanea. Oculis valde angustatis. Tertio articulo antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Interstitiis alternis elytrorum 2, 4, 6, praecipue postice, elevatis. Elytris punctato seriatis, punctis satis fortibus. Long.: 14·5, lat.: 5 mm. Semirječia.

148. S. stenophthalma B. Jak.

461 (460) Capite minus lato, oculis minus angustis.

462 (580) Interstitiis alternis (parte basali illius secundi nonnunquam excepta) elytrorum planis vel fere planis.

463 (524) Margine antico thoracis stria subtili contigua totaliter marginato.

464 (465) Thorace in disco foveolis quatuor transverse dispositis notato. Vide: 203 (196)

465 (464) Thorace disco haud vel vere indistincte (basi media excepta) foveolato.

466 (467) Tibiis fortibus, deplanatis, dilatatis. Cupreoaenea, lateribus thoracis et elytrorum violaceo marginatis, subtus nitide violacea, roseo- vel rubromicans. Thorace longitudine 1⅓ latiore, summum latitudinis ante medio attingente, impressionibus lateralibus fortiter punctatis, antice abbreviatis. Striis elytrorum e lineolis subtilibus compositis, interstitiis planis. Processu prosternali lateribus marginato. Abdomine fascia pilosa laterali marginato. Long.: 13, lat.: 4·5 mm. Caucasus: Talyš.

149. **S. dilatipes** B. Jak.

467 (466) Tibiis normalibus, haud deplanatis, haud dilatatis.

468 (469) Articulo basali tarsorum posteriorum ♂ illos tres ultimos articulos unitos longitudine attingente. Supra obscure aeneocuprea, leviter violascens; articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, in ²/₅ anterioribus summum latitudinis attingente, in parte basali fere parallelo, dein versus anticem fortiter, subangulose attenuato. Elytris fere 2³/₅ longioribus. Processu prosternali immarginato, abdomine fere impunctato. Sternito basali medio convexo. Long.: 9·5, lat.: 3 mm. Samarkand.

150. **S. manca** Obenb.

469 (468) Articulo basali tarsorum posteriorum breviore — apud ♂♂ articulo hoc illis duobus ultimis unitis longitudine aequali — apud ♀♀ articulo basali atque illo ultimo solo longitudine aequali vel subaequali.

470 (471) Articulo tertio antennarum illo secundo duplo longiore. Elongata, ovalis, satis convexa, obscureaenea, subtus nigra, nitida, lateribus abdominis sparse, leviter pilosomarginatis. Thorace longitudine 1⅓ latiore, subparallelo; elytris apice conjunctim rotundatis; striis elytrorum e punctis magnis, profundis, curtis et longis, parum densis compositis, interstitiis alternis, haud elevatis, fortiter rugulosis. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Metasterno et sternito basali medio profunde canaliculatis. Long.: 15, lat.: 5·5 mm. Asia Minor: Armenia.

151. **S. mixta** B. Jak.

471 (470) Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1⅓—1½ longiore.

472 (473) Thorace lateribus basalibus sinuatis, longitudine duplo latiore. Elongata, parum convexa, subparallela, supra obscureaenea, nitida, subtus nigrocoerulea, nitida, lateribus abdominis pilosomarginatis. Sulco thoracis medio superficiali, elytris postice conjunctim rotundatis, humeris et parte postscutellari satis elevatis. interstitiis transverse rugulosis, striis e punctis fere indistinctis compositis. Long.: 11, 4 mm. Rossia mer. (= *S. impressicollis* Mars.).

152. **S. mendax** Harold

473 (472) Thorace lateribus subrotundatis, parallelis vel solum ad anticem plus vel minus longe curvatim attenuatis, nullo modo postice sinuatis.

474 (495) Superficie elytrorum minute coriacea, vel coriaceo punctata, striis longitudinalibus parum vel haud distinctis, sculptura elytrorum subaequali, elytris saepe versus apicem in linea sinuosa attenuatis. (Striarum et interstitiorum elytrorum punctis subaequalibus.)

475 (494) Elytris plus vel minus elongatis, supra satis deplanatis, parum vel haud rugatulis, in parte basali plus vel minus longe parallelis.

476 (487) Thoracis punctura fundamentali (= illa subtiliore) satis forti, punctura generali illa fundamentali solum parum fortiore, itaque thorace aspectu dense punctulato. Tibiis posterioribus ♂♂ apice interne haud vel vere obtuse, parum conspicue calcaratis, pedibus, praecipue tibiis multo fortioribus, magis dilatatis. Elytris versus apicem multo fortius sinuatim attenuatis. Sternito anali ♂ apice rotundato, medio haud vel perparum levissime sinuatim emarginato.

477 (478) Articulo tertio antennarum illo secundo solum parum longiore, illis ambobus articulis fere aequalibus. Sternito basali medio haud canaliculato. Supra rubrocuprea, dense punctulata, parum micans, haud alutacea, subtus nigrocyanea, lateribus abdominis dense albido fasciatopilosis. Thorace longitudine 1⅔ latiore. Elytris satis convexis, sed latis et coriaceis. Long.: 15, lat.: 6·5 mm. Turkestan.

153. **S. Jakovleviana** Obenb.

478 (477) Articulo tertio antennarum illo secundo semper longiore. Sternito basali medio plus vel minus distincte, tenuiter canaliculato.

479 (480) Corpore subtus bicolori: abdominis medio cyaneo, lateribus roseocupreis. Corpore supra laete cupreo, sculptura seriali elytrorum parum, sed tamen distincta, interstitiis alternis in parte basali levissime subelevatis.

154. **Sph. Bergrothi** m. n. sp. (65).

Hab.: Caucasus. Long.: 15, lat.: 5·4 mm.

Corpore satis elongato supra satis deplanato, subtus conoexiore; supra obscure cuprea, subtus indigacea, lateribus corporis inferioris griseoviolascentibus. Abdomine lateraliter late pilose marginato. Punctura fundamentali subtilissima corporis totius superioris distinctissima; itaque aspectu superficiei subcoriaceo. Capite lato dense mediocriter punctato, plagulis duabus mediis impunctatis. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Thorace longitudine 1³/₅ latiore, lateribus subparallelis, versus basim breviter, versus anticem a tertia parte rotundatim attenuatis, antice late bisinuatim emarginato et totaliter marginato. Medio late longitudinaliter depresso, depressione hac subovali, lateribus oblique late subdepressis, lateribus extremis subinflatis, punctura generali medio satis subtili atque illa fundamentali parum distincta, lateraliter punctura generali fortiore corrosa et coriaceo rugosula. Carina laterali leviter sinuata, basi deflexa usque ad quartam partem anteriorem antice producta. Scutello longitudine 1½ latiore. Elytris latitudine 1¼ longioribus usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus ipsis anguste separatim longe rotundatis. Sculptura elytrorum generali inter illa fundamentali subevanescente, lineis longitudinalibus punctorum perparum distinctis, interstitiis planis, solum illo tertio paullo elevato, impressione humerali nulla. Processu prosternali medio sparse mediocriter punctato, lateribus striatim marginatis, metasterno atque sternito basali nullo modo canaliculatis. Abdomine nitido, sparse, subtilissime, sternito basali paullo fortius punctato.

In memoriam entomologi clari Fennici Dom. E. Bergroth denominata.

480 (479) Corpore subtus unicolori; (fasciis abdominalibus solis fundamento cuprescente). Interstitiis elytrorum etiam in parte basali planis, aequalibus, superficie elytrali aequaliter sculpta et late regulariter subconvexa.

481 (482) Minor, supra laetius colorata, aenea vel aureoaenea, cuprea, rarius obscura, sculptura elytrorum subtili, lineis longitudinalibus nullo modo distinctis. Thorace subparallelo, sed iam a basi distincte versus anticem attenuato. Colore subtus nigroviolaceo, lateribus nonnunquam cuprascentibus. Articulo tertio antennarum illo secundo haud 1⅓ longiore, antennis breviori-

bus. Abdomine medio fere impunctato. Long.: 12·5—14·5, lat.: 4·5—5 mm. Rossia centralis, meridionalis, Sibiria occidentalis, Turkestan, Altai; Guberniae: Transkaspia, Džungaria, Zabajkalskaja; Astrachaňskaja, Orenburskaja, Tomskaja, Akmolinskaja, Jennissejskaja, Syrdarjanskaja, Semirječenskaja, Transcaucasia (?) Persia (?) (= S. fossulata Gebler — e typo!!; = S. Gebleri Cast. & Gory).

155. **S. sulcata** Fisch.

481 (480) Maior, robustior, supra obscure cuprea vel nigrescens, minus nitida, latior, elytris longioribus, articulo tertio antennarum longiore, thorace versus basim plus vel minus attenuato, lateribus thoracis late rotundatis.

482 (485) Elytris unicoloribus. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Supra obscurior, sculptura seriali longitudinali elytrorum perparum, sed tamen leviter distincta.

483 (484) Elytris subtiliter, sed distincte subvariolatis, apice brevius, haud sinuatim attenuatis, superficie tota nigra.

55a. **Sph. sulcata ssp. Lukianovič**i m. n. ssp. (66)

Hab.: Theodosia, Krym, 31. VIII. 1925. Th. Lukianovič. Long.: 15, lat.: 4·8 mm.

A typo corporis superficie tota nigerrima, elytris subvariolatis, leviter, satis minute transverse corrugatis, apice satis lato, elytris versus posticem brevius, haud sinuatim attenuatis diversa.

484 (483) Elytris nullo modo variolatis, subtiliter, aequaliter sculptis, versus apicem longius, sinuatim attenuatis, apicibus angustis, superficie nigroaenea vel cuprescente, subtus nigra, plus vel minus cyaneomicans, lateribus nonnunquam cuprescentibus, seriebus elytrorum punctorum longititudinalibus plus vel minus distincte notatis. Semirječia, Altai, Tarbagatai.*)

155b. **S. sulcata ssp. Winkleriana** Obenb.

485 (482) Elytris obscure aeneis, lateraliter plumbeocyaneo limbatis. Articulo tertio antennarum illo secundo solum circiter 1⅓ longiore, antennis brevioribus.

155c. **S. sulcata ssp. Eoa** m. n. ssp. (67).

Hab.: Barkul Chami, Chin. Turkestan. Long.: 14·5, lat.: 5·2 mm.

Supra obscure aeneobrunnea, elytrorum et thoracis lateribus satis late plumbeocyaneo micantibus, subtus nigrocyanea, thorace lato, depressionibus longitudinalibus thoracis lateriter magis impressis, latere magis inflato. Elytris aequaliter, irregulariter punctatis, sine ullo vestigio puncturae serialis. Antennarum articulo tertio illo secundo solum 1⅓ longiore, antennis satis brevibus. Elytris versus apicem satis breviter, haud sinuatim attenuatis.

486 (475) Thoracis punctura fundamentali subtilissima, inter illa punctura generali haud vel parum conspicua, itaque fere illa generali sola (= illa maiore, fortiore) visibili. Tibiis posterioribus ♂♂ apice interne distincte, satis acute calcaratis, tibiis omnibus fere duplo gracilioribus, nullo modo dilatatis. Elytris versus apicem simpliciter, nullo modo sinuatim attenutis. Sternito basali medio plus vel minus distincte, tenuiter canaliculato, sternito anali ♂♂ postice lateraliter distincte obtuse anguloso, apice ipso medio leviter, in angulo vere obtuso producto, parte media leviter, anguste sinuatim, haud profunde, sed distincte emarginata.

487 (488) Brevior, nigra, elytris brevioribus, postice versus suturam haud sulcatim impressis, usque ad medium parallelis, brevius attenuatis. Coxarum posteriorum sinu epimerali nullo. Punctura fundamentali (= illa sub-

*) Formam paullo differentem subspeciei huius e Astrachaň possideo. An indicatio licalitatis correcta??

tilissima) thoracis nulla. Fascia laterali pilosa abdominis multo distinctiore, latiore. Antennarum articulo tertio illo secundo circiter 1⅓ longiore. Parte interoculari frontis longitudine solum circiter 1½ latiore. Sculptura subseriali elytrorum haud distincta. Elytris apice conjunctim rotundatis. Long.: 11·5—13, lat.: 4—4·5 mm. Džungaria: Karlyk-Tag, V.—VI. 1908.

156. **S. dsungaricola** Obenb.

488 (487) Longiors, postice magis attenuata, elytris longioribus, postice pone suturam sulcatim impressis, apice anguste separatim rotundatis. Parte interoculari frontis longitudine circiter 1⅔ vel fere duplo latiore, fronte breviore et latiore. Sculptura subseriali elytrorum plus vel minus distinctiore, rare indistincta.

489 (490) Subtus medio laete purpureoviolacea, lateribus cyaneocentibus. Sulco subsuturali elytrorum apicali forti, nitidiore. Punctura thoracis medio multo (fere duplo) fortiore; elytris transverse rugatulis. Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1⅓ longiore.

157. **Sph. tarbagataica** m. n. sp. (68).

Hab.: Sibiria: Tarbagatai. Long.: 13·6, lat.: 4·8 mm.

Species oblonga, supra depressa, versus apicem modice attenuata, corpore supra obscure cupreo, violascente, subtus medio laete violacea, lateribus coerulescentibus, abdomine lateribus pilosomarginatis. Supra modice, subtus valde nitida. Capite magno, convexo, antice purpurascente, mediocriter, irregulariter satis dense punctato, plagulis duabus obliquis laevibus; punctura thoracis et capitis fundamentali indistincta; antennarum articulo tertio illo secundo 1⅓ longiore. Thorace longitudine 1¾ latiore. Antice bisinuatim emarginato, totaliter marginato, in medio longitudinis summum latitudinis attingente, lateribus rotundatis, versus basim solum parum, versus anticem fortius attenuatis. Disco medio late, satis profunde, sulcatim depresso, linea media violacea, lateraliter utrimque late longitudinaliter depresso, lateribus extremis inflatis. Punctura in medio thoracis satis subtili, sparsa, in excavatione media agglomerata, versus latera multo fortiore, densiore, foveiformi. Scutello longitudine 1½ latiore. Carina thoracis laterali recta, postice levissime sinuatim deflexa, usque ad $^4/_5$ anteriores producta. Elytris latitudine 2½ longioribus, satis plane convexis, in parte scutellari longitudinaliter subdepressis, in tertia parte apicali pone suturam satis late subcanaliculatis, sutura ipsa ibidem elevata, impressione humerali longitudinali nulla. Sculptura generali seriali satis obliterata, interstitiis nullo modo elevatis, superficie elytrorum tota coriacea, transverse subtiliter rugatim subvariegata. Elytris thorace haud latioribus, usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apice ipso separatim subrotundato. Processu prosternali sparse satis subtiliter punctato, lateraliter marginato, metasterno aque sternito basali nullo modo canaliculato. Abdomine nitido, solum subtilissime, sparse, etiam in sternito basali punctato.

490 (489) Corpore subtus obscure cyaneo. Thoracis punctura medio multo (fere duplo) subtiliore, elytris nullo modo coriaceo rugatulis. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore.

491 (492) Sculptura seriali elytrorum parum, sed tamen distincta. Supra obscure cupreoaenea, elongata. Long.: 14·5, lat.: 4·8 mm. Džungaria: Montes Borochoro; Coll. Hauser, VI. 1905.

158. **S. borochorensis** Obenb.

492 (491) Elytris irregulariter, dense punstatis.

158a. **Sph. borochorensis ssp. alatauensis** m. n. ssp. (69).

Hab.: Ala Tau. Long.: 11·5, lat.: 3·8 mm.

A typo forma minore, punctura seriali elytrorum in distincta, elytris aequaliter et irregulariter punctatis differt.

493 (474) Corpore abreviato; elytris valde rugatulis, convexis, a basi versus apicem curvatim attenuatis. Supra obscure aenea, nitida, subtus coeruleonigra, lateribus abdominis fasciatim luteopilosis. Fronte et vertice sulcatis. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Lateribus basalibus thoracis postice leviter sinuosis. Carina marginali thoracis subsinuata. Lateribus thoracis grosse punctatis, subvermiculatis. Apice elytrorum lateraliter oblique subtruncato; parte postscutellari subdepressa, sutura postice elevata; elytrorum superficie rugis vermiculatis fortibus, transversis inaequalis, sculptura seriali lineolarum parum distincta. Sternito basali medio sulcato. Long.: 14, lat.: 5 mm. Asia Minor: Eski Chehir.

159. **S. prava** Kerr.

494 (473) Elytris distincte lineolato vel punctato seriatis, interstitiis solum subtiliter vel inconspicue punctulatis, punctura interstitiorum et striarum semper valde diversa. Punctura fundamentali superficiei semper subtili vel parum distincta. Elytris versus apicem in linea longe curvata, nullo modo sinuata attenuatis.

495 (496) Abdominis lateribus haud pilosomarginatis. Sternito basali medio integro. Elongata, ovalis, postice fortiter attenuata, satis convexa, supra nigra, subtus coeruleonigra, margine laterali abdominis subtiliter densissime punctato, aeneo, glabro. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore; articulo quarto illo secundo distincte longiore. Illae s u l c a t a e Fisch. similis. Long.: 16, lat. 6 mm. Changai.

160. **S. vidua** B. Jak.

496 (495) Abdominis lateribus pilosis. Supra plus vel minus aenescens, cuprea, metallica.

497 (498) Sulco laterali thoracis etiam in elytrorum parte basali, inter callum humeralem et quartum intervallum elytrorum continuato. Hac depressione (»posthumerali«) utrinque duabus costis latis deliminata. Elongata, subovalis, satis depressa, aenea, nitida, elytris auratis, capite thoraceque cupreis, thorace et elytris violaceolimbatis, subtus obscure viridis, violaceomicans. Articulo tertio illo secundo et quarto longiore. Fronte bituberculata, inter oculis transverse impressa. Thorace longitudine 1⅓ latiore, punctura fundamentali distincta, illa generali satis sparse; lateribus thoracis parum arcuatis. Elytris apice conjunctim rotundatis, seriebus e punctis parum distinctis compositis; stria scutellari valde profunda. Interstitiis rugulosis, alterne paullo elevatis. Margine apicali coxarum posteriorum bisinuato. Long.: 16, lat.: 6 mm. Caucasus. (= S p h. d i a n t h i Cast. & Gory, Mars., non Steven.)

161. **S. fallaciosa** B. Jak.

498 (497) Depressione posthumerali (in prolongatione sulci lateralis thoracis) elytrali nulla, vel perparum distincta, nullo modo lateraliter subcarinatim delimitata.

499 (500) Reliephis duobus obliquis frontis approximatis, parvis sed fortiter elevatis. Sternito basali medio integro. Sulco thoracis laterali externe profunde impresso, lateribus thoracis valde inflatis. Subtus nigra, leviter aeneoviolaceomicans, supra obscure aeneocuprascens; thorace longitudine 1½ latiori. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Interstitiio quarto elytrorum paullo laevigato, in basali parte leviter plane subelevato. Long.: 10, lat.: 3·5 mm. Trnascaucasia: Tiflis.

162. **S. tiflisensis** Obenb.

500 (499) Reliephis frontalibus parvis vel parum conspicuis, semper planis et haud elevatis, sulcis lateralibus thoracis externe minus impressis.

501 (504) Abdominis lateribus fascia pilosa s u b i n t e r r u p t a ornatis, angulis lateroanterioribus sterniti secundi magis laevigatis, subplagulifor-

mibus. Angulis posterioribus thoracis acutis. Thorace longitudine 1⅓ latiore. Striim parum distinctis.

502 (503) Minor (long.: 10, lat.: 3—3·5 mm). Elytris thorace 2½ longioribus. Lateribus thoracis leviter acuatis. Supra nigroaenea, subtus obscure cyanea. Articulo tertio antennarum illo secundo parum longiore. Interstitio sexto subdepresso. Processu prosternali lateraliter subtiliter marginato. Sternito basali haud sulcato. Armenia. Vide:

200. **S. diluta** B. Jak.

503 (502) Maior (long.: 13, lat.: 4·7 mm). Elytris thorace triplo longioribus. Lateribus thoracis subparallelis. Supra et subtus nigroaenea. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓, illo quarto 1¼ longiore. Interstitiis quinto subdepresso. Processu prosternali lateraliter fortiter marginato. Sternito basali medio sulcato. Kars: Olty. (Caucasus.) Vide:

199. **S. intaminata** B. Jak.

504 (501) Fascia pilosa laterali abdominis integra, plagulis abdominis in angulis lateroanterioribus nullis.

505 (514) Punctis maioribus et fortioribus laterum thoracis striolatis vel strolatim subconfluentibus. Species maiores, sculptura elytrorum subtiliore; impressione basali media thoracis maiore, magis dilatata. Articulo secundo et quarto antennarum aequalibus.

506 (507) Elytris apice conjunctim rotundatis. Sternito basali canaliculato. Abdomine antice uti apud genus Cyphogastra depressim elevato. Elongata, parum convexa. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Supra aureoaenea, subtus obscure cyanea, violaceomicans. Long.: 17·5, lat.: 6·3 mm. Turkestan: Montes Nurata, Sintab. Vide:

147. **S. cyphogastra** B. Jak.

507 (506) Elytris apice separatim roaundato. Sternito basali nullo modo canaliculato. Abdomine normali. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore.

508 (511) Maior (17—19 mm), laete aeneocuprea vel aureoaenea. Elongata.

509 (510) Supra laete aeneocuprea subtus vere laete purpureoviolacea, sculptura superficiei vere subtili. Nitida, elytris in parte posthumerali deplanatis, ibidem nullo modo rugatuls. Abdomine satis convexo, nullo modo canaliculato; parte anteriori capitis solum leviter concava; processu prosternali subtilissime punctato. Elytris violaceomarginatis. Thorace longitudine duplo latiore. Carina laterali thoracis recta, basi deflexa, usque ad $^4/_5$ anteriores producta. Long.: 19, lat.: 6·25 mm. Samarkand.

163. **purpureiventris** Kraatz.

510 (509) Supra aureoaenea, subtus obscure cyanea, violaceomicans. Elytris inaequalibus, transverse subrugosis, interstitiis alternis 2, 4, 8 (illo secundo solum in parte basali) subelevatis, sternito basali medio subcanaliculato, parte anteriori capitis transverse valde impressa (uti apud illam antiquam Ill.). Thorace longitudine 1⅓ latiore. Carina laterali thoracis usque ad ¾ anteriores producta. Long.: 17·5, lat.: 6·3 mm. Turkestan: Montes Nurata, Sintab. Vide:

147. **S. cyphogastra** B. Jak.

511 (508) Minor, supra obscurius cuprea, minus nitida, minus subtiliter sculpta. Elytris in parte longitudinalis posthumerali plus vel minus distincte subdepressis vel ibidem transverse rugatulis. Tibiis aneicis margine externo integro. Prosterno densius et fortius punctato. Seriebus longitudinalibus elytrorum subtilibus.

512 (513) Subtus nigrescens, leviter violaceomicans. Sternito anali ♂ apice magis regulariter rotundato. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂♂ illis duobus ultimis unitis distincte longiore. Metasterno haud sulcato. Elytris magis aequalibus, lateraliter magis transverse rugosis. Sutura plana, solum postice leviter subelevata. Elytris punctatoseriatis, obscuris, minus nitidis. Elongata, ovalis, obscure aenea. Long.: 15, lat.: 5·5 mm. Persia.

164. **S. moesta** B. Jak.

513 (512) Subtus laete violacea. Sternito anali ♂ apice truncatim rotudato. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂♂ illos quartum et quintum unitos longitudine adaequante, illis haud longiore. Metasterno sucato. Elytris magis inaequalibus, depressione posthumerali distinctiore. Sutura iam a tertia parte basali (cum intervallo suturali) elevata. Elytris lineolato seriatis, nitidis.

165. **Sph. Budshnurdi** m. n. sp. (70).

Hab.: Persia, Ala-Dagh,Budshnurd 1033 m, 6. 1902, Coll. Hauser. Long.: 15·5, lat.: 5 mm.

♂. Forma ilae modestae B. Jak. Valde similis, supra satis laete cuprea, subtus laete coeruleoviolacea, lateribus abdominis fascia longitudinali pilosa marginatis. Antennarum articulis secundo et quarto longitudine aequalibus, articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Ab illa modesta B. Jak. capite paullo latiore, minus convexo, thorace paullo breviore, carina laterali thoracis leviter curvata atque usque ad quintam partem anteriorem producta, scutello breviore, minore, forma paullo angustiore, elytris longioribus et angustioribus, subtilissime lineolato seriatis, seriebus e lineolis satis longis distinctis compositis, depressione longa posthumerali profundiore et distincta, interstitiis alternis subelevatis, corpore subtus multo nitidiore, punctura abdominis subtilissima differt. Processu prosternali lateraliter serie densa punctorum marginato. Sternito basali medio convexo. Metasterno nullo modo canaliculato. Tibiis ♂ margine interno posteriori leviter calcarato. Tarsorum posteriorum ♂ articulo basali illos duo ultimos unitos longitudine adaequante.

514 (505) Punctis laterum thoracis maioribus simplicibus, nullo modo striolatis vel striolatim confluentibus.

515 (516) Maior, supra magis deplanata, depressione medio thoracis latiore. Thorace latiore, magis parallelo, elytris postice magis attenuatis. Elongata, satis robusta, supra parum convexa, supra satis laete aenea, in fundamento sculpturae subalutacea, subtus laete cyanea, abdomine late fasciatim piloso. Thorace usque ad tertiam partem anteriorem subparallelo. Pedibus fortioribus. Thoracis disco postice late sulcatim depresso. Carina laterali thoracis recta, basi leviter deflexa. Tibiis ♂ posticis extus curvatis. Long.: 14·5, lat.: 5 mm. Petrovskoje, Prov. Stauropolitana (Ciscaucasia).

166. **S. Lutshniki** Obenb.

516 (515) Minor, angustior, depressione media thoracis potius solum elongata, minus dilatata. Thorace angustiore, subconico vel versus anticem longius arcuatim attenuato, sculptura nullo modo alutacea. Corpore subtus nigro, nigrocyaneo vel violascente, semper obscuriore. Pedibus multo gracilioribus. Tibiis posticis ♂ rectis.

517 (522) Lobo medio anteriori thoracis solum leviter et late producto, thorace basi parallelo; subtus cyanea vel violacea, corpore supra aeneo vel cupreo.

518 (521) Minor, brevior, postice valde attenuata. Depressione thoracis media angustiore. Elytris versus apicem fortius attenuatis, sutura magis elevata, intestitiis paurm coriaceis. Corpore subtus cyaneo. Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1¼—1⅓ longiore. Coxis posterioribus interne

minus fortiter dilatatis, externe minus attenuatis. Abdomine multo nitidiore, punctura prosterni multo fortiore. Elytris thorace solum triplo longioribus.

519 (520) Thorace latiore, elytris transverse subrugulosos, processu prosternali immarginato, corpore subtus obscure nigrocyaneo.

167. **Sph. benedicenda** m. n. sp. (71).

Hab.: Rossia mer., or.: Sarepta. Těmir (Uralskaja oblast). Long.: 10·5—12·5, lat.: 3·5—4·5 mm.

Supra obscure cuprea subtus indigaceo nigra, lateribus abdominis late piloso fasciatim marginata, supra leviter subtus valde nitida, elongata, postice angustata. Capite satis lato, satis dense mediocriter punctato, articulo tertio antennarum illo secundo circiter solum 1¼—1⅓ longiore. Thorace longitudine 1²/₃ latiore. Antice bisinuato atque totaliter marginato, a medio usque fere ad tertiam partem anteriorem parallelo dein rotundato, medio satis profunde longitudinaliter, satis anguste impresso, lateribus longitudinaliter late depressis, lateribus extremis subinflatis, punctura fundamentali thoracis et capitis perpusilla, microscopiica, sed distincta, punctura generali medio subtili versus latera densa et multo fortiore. Carina laterali late sinuata, basi leviter deflexa, usque fere ad angulos anticos producta. Elytris thorace solum perparum latioribus, latitudine 2½ longioribus, fere iam a basi versus apicem longe curvatim attenuatis, apice ipso tenniter conjunctim rotundato. Parte elytrorum scutellari leviter depresiuscula, sutura postice subelevata; seriebus longitudinalibus elytrorum subobliteratis; interstitiis parum distinctis, planis, solum illo secundo leviter subelevato.

Elytris nitidis, punctura fundamentali distincta, illa generali subtili, superficie leviter transversim rugatula. Abdomine valde nitido, sparse, subtilissime superficialiter punctulato, processu prosternali fortius sparse punctato, lateribus immarginato, metasterno atque sternito basali medio haud canaliculatis, subdeplanatis.

520 (519) Thorace minus lato, elytris transverse haud rugulosis.

167a. **Sph. benedicenda ssp. uralensis** m. n. ssp. (72).

Hab.: Rossia or.: Uralsk.

A typo thorace minus lato, elytris transverse haud rugulosis, processu prosternali lateraliter distincte striatim marginato, corpore subtus medio violascente differt.

521 (518) Maior, magis elongata, supra magis depressa, postice minus fortiter attenuata. Depressione thoracis media latiore. Sutura elytrali minus elevata, superficie elytrali multo magis, tranverse coriacea. Corpore subtus laete violaceo. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Coxis posterioribus interne multo magis dilatatis, externe magis angustatis. Abdomine minus nitido, punctura prosternali subtiliore. Elytris thorace 3½ longioribus.

168. **Sph. iliensis** m. n. sp. (B. Jak. pro parte in litt.) (73).

Hab.: Semirječia: Džarkentskij Ujezd, fluvius Ili. Long.: 12·6, lat.: 4 mm.

Species elongata, subparallela, postice modice attenuata, supra satis late deplanata. Capite lato, modice, satis subtiliter, haud dense, in vertice sparse et subtiliter punctato. Articulo antennarum tertio illo secundo 1½ longiore, articulis secundo et quarto subaequalibus. Thorace antice fortiter bissinuatim emarginato, totaliter, distincte marginato, angulis anticis acutis, longitudine paullo plus quam 1½ latiore, usque ad tertiam partem anteriorem lateribus parallelis et rectis, depressione media lata, multo magis quam apud illam b e n e d i c e n d a m m. latiore, depressionibus lateribus distinctis, haud profundis, parte discali thoracis valde subtiliter, valde sparse punctata, depressionibus la-

teralibus grosse, dense punctatis, lateribus leviter inflatis, carina laterali leviter bisinuata, longa, basi deflexa. Scutello parvo, transverso. Elytris thorace 3½ longioribus, latitudine 2½ longioribus, usque post medium parallelis, thorace haud latioribus, versus apicem longe attenuatis, apicibus separatim rotundatis. Sutura postice solum leviter elevata. Elytris in parte subdeplanata dorsali haud, lateraliter dense, subtiliter, transverse coriaceo rugosis, depressione posthumerali longitudinali haud distincta. Abdomine satis nitido, sparse, subtiliter punctato, punctura sterniti apicalis haud densiore. Processu prosternali mediocriter sparse punctato, distinctissime, lateraliter striatim marginato, metasterno distincte impresso, sternito basali medio leviter impresso. Abdominis lateribus fascia pilosa ininterrupta parginatis. Corpore subtus laete purpureoviolaceo. Tibiis ♂ interne rectis, apice leviter, parum distincte calcaratis. Articulo basali tarsorum posteriorum ♂ illos duo ultimos longitudine adaequante. Species haec verisimiliter solum partem speciei ineditae Dom. Jakovlev repraesentat; sub nomine »S. iliensis B. Jak.« species iam plures observare potui.

522 (517) Lobo medio anteriori thoracis magis producto, minus lato, obtuse subanguloso. Thorace lateribus rotundatis. Nigra, subtus nigerrima, paullo cyaneomicans. Elytris conjunctim rotundatis.

169. **Sph. minussina** m. n. sp. (74).

Hab.: Šira. Minussinskij ujezd, Jenissejskaja gubernia (Sibiria). Long.: 12, lat.: 3·8 mm.

Nigra, subtus nigerrima, paullo cyaneomicans; valde nitida; elongata, versus posticem valde acute attenuata. Capite lato, dense (etiam in vertice) mediocriter punctato, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulo quarto illo secundo solum perparum longiore. Thorace longitudine circiter 1½ latiore, lateribus rotundatis, versus anticem fortiter, versus basim solum leviter, sed distincte attenuatis, summum latitudinis in quarta parte posteriori attingente. Thoracis punctura fundamentali haud distincta. Disco thoracis medio leviter, tenuiter sulcato, lateribus longitudinaliter depressiusculis, depressionibus lateralibus fortiter, dense, grosse punctatis, lateribus subinflatis, medio thoracis subtiliter sparse punctato. Carina laterali recta, usque ad tertiam partem anteriorem producta, basi haud deflexa. Scutello parvo subcordiformi, transverso. Elytris thorace triplo, latitudine 2½ longioribus, thorace haud latioribus, usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe curvatim attenuatis, apice anguste conjunctim rotundato, elytris nitidis, leviter subcoriaceis, sed striarum punctis longius culis vere distinctis, interstitiis subaequalibus, subtiliter dense irregulariter punctatis. Processu prosternali convexo, satis dense mediocriter punctato, lateribus striatim marginatis, metasterno plano, sternito basali medio levissime subsulcato, abdomine convexo, valde nitido, sparse subtiliter, in sternito anali densius, in sternito basali fortius punctato.

523 (462) Margine anteriori thoracis vel totaliter immarginato, stria marginali anteriori nulla, vel solum lateralietr marginato, stria hac in medio lobi anterioris plus vel minus late interrupta, nullo modo integra vel contigua.

524 (573) Depressione media thoracis vel levi, sublineari, vel latiore atque tunc semper elongata, plus vel minus late trapeziodali. Parte discali, thoracis, depressionem mediam delimitante nullo modo conspicue laevigato vel subinflato, parte hac semper distincte punctulata et parum elevata.

525 (560) Elytris in regione posthumerali depressione angusta, longa nulla. Interstitio septimo et octavo haud impressis, planis.

526 (547) Species minores, graciliores, postice magis attenuatae, convexiores, dorso elytrorum parum vel haud deplanato, forma corporis magis elongata, fovea vel sulco medio thoracis angustiore, minus lato.

527 (546) Thorace versus anticem solum attenuato vel arcuato, rarius rotundato, lateribus basalibus saepe parallelis et rectis, versus basim nullo modo sinuatim attenuatis.

528 (543) Thorace in basi summum latitudinis attingente.

529 (530) Species gracilis, subparallela, supra solum leviter deplanata, metasterno fortiter, longitudinaliter sulcato. Pedibus gracilibus, tarsis longis.

170. **Sph. tadjika** m. n. sp. (75).

Hab.: Turkestan: Samarkand; Perovsk (Syr Darja). Long.: 9, lat.: 3 mm.

Species parva, elongata, supra satis depressiuscula, supra modice, subtus fortius nitida, abdomine lateribus piloso marginatis. Supra obscure violaceo cuprescens, subtus ingrocyanea, medio purpureoviolascens. Capite satis lato, articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, margine antico bisinuatim emarginato, stria marginali medio late interrupta; thorace medio late longitudinaliter depresso, depressione hac etiam antice producta, lateraliter depressione plana, versus basim multo fortiore notato, lateribus extremis, praecipue postice, inflatis, carina laterali longa, leviter sinuata, basi leviter deflexa. Thorace medio sparse subtiliter, lateraliter dense et fortiter punctato; punctura fundamentali superficiei fere indistincta. Elytris thorace haud latioribus, latitudine circiter 2½ longioribus usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, separatim rotundatis, satis subtiliter seriatim punctatis, interstitiis planis; parte suturali postscutellari subdepressa. Processu prosternali lateraliter striatim marginato, medio sparse mediocriter punctato, metasterno haud canaliculato, sternito basali convexo. Abdomine nitido, subtilissime sparsissime punctato.

530 (529) Metasterno plano, haud sulcato. Robustior, supra magis deplanata, versus apicem fortius angustata, pedibus brevioribus et fortioribus.

531 (536) Elytris subcoriaceis, punctura fundamentali (= illa subtili) et generali elytrorum fere aequalibus.

532 (533) Gracilis, magis elongata, elytris usque post medium subparallelis; supra obscure nigrocuprea, nitida, subtus coeruleonigra; margine anteriori thoracis fortius bisinuato, lobo medio magis producto. Thorace latitudine 1½ longiore. Punctura fundamentali thoracis indistincta, solum illa generali praesente. Carina thoracis laterali longa, recta, basi deflexa. Tibiis ♂ posticis apice distincte calcaratis, gracilibus, margine externo recto, illo interno bisinuato. Coxio posterioribus externe valde attenuatis, sinu epimerali nullo. Long.: 12, lat.: 3·6 mm. Thian-Shan: Aksu-Musart.

171. **S. massagetica** Obenb.

533 (532) Robustior, postice magis attenuata, minus parallela, supra convexior, pedibus paullo fortioribus. Scutello multo latiore.

534 (535) Thorace iam fere a basi, primo leviter dein fortius, rotundatim attenuato, corpore supra laete cupreo vel cupreoaeneo. Striis punctorum elytrorum longitudinalibus distinctioribus. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore, articulo secundo illo quarto distincte breviore. Corpore subtus cyaneo vel violaceocyaneo, violaceomicante. Long.: 14—15, lat.: 4·2—4·8 mm. Semirječia.: Džarkentskij ujezd; fluvius Ili.

172. **S. sororella** Obenb.

535 (534) Striis elytrorum longitudinalibus haud distinctis, thorace in maiore parte laterali subparallelo, colore supra magis obscuro, cupreonigres-

cente vel brunneoaeneo, subtus obscure cyaneonigro, haud violascente. Semirječensk.

172a. **S. sororella ssp. modificata** Obenb.

536 (531) Punctura fundamentali interstitiorum elytrorum multo subtiliore vel absente.

537 (540) Alutacea vel subalutacea, sericeomicans, punctura elytrorum interstitiorum nulla. Supra satis depressa, versus apicem postice valde attenuata. Fascia laterali pilosa abdominis in sternito anali plagula parva rotunda minuta glabra plus vel minus distincte interrupta. Supra laete cuprea, rarius obscurior, subtus cyanea, violaceomicans, medio abdominis (vel abdomine toto) violaceo, elytris leviter subtiliter transverse subrugatulis. Long.: 9—13, lat.: 3—4·5 mm. Rossia meridionalis: Krim, Astrachaň,Caucasus bor., Ural, Akmolinsk. (= inaequalis Mars.; = Castelnaudi Kerr.; = obscuriventris Mot.)

538 (539) Thorace aequali, medio solum longitudinaliter sulcato.

173. **S. cuprina** Mot.

539 (538) Thorace in disci medio, prope canaliculum longitudinalem, foveis duabus rotundis notato. Gracilior, corpore subtus nigro. Krim.

173a. **S. cuprina var. fossithorax** Obenb.

540 (537) Haud alutacea vel sericeomicans, nitida, punctura fundamentali elytrorum interstitiorum distincta.

541 (542) Punctura fundamentali thoracis magis distincta. Gracilior.

173b. **Sph. cuprina ssp. uralicola** m. n. ssp. (76).

Hab.: Rossia or.: Gubernia Uralskaja: Uralsk; Těmir.

Ab illa forma typica corpore graciliore, convexiore, valde nitido, supra et subtus nullo modo alutaceo vel sericeomicante, thorace minus lato, lateribus magis arcuatis, punctura fundamentali superficiei valde distincta, scutello magis transverso, corpore subtus nitidiore, fortius punctato differt. Supra obscure aeneocuprea, subtus indigacea.

542 (541) Punctura fundamentali thoracis minus distincta. Latior.

173c. **Sph. cuprina ssp. agnoscenda** m. n. ssp. (77).

Hab.: Sibiria. Tarbagatai.

A typo forma latiore, haud sericea, thorace magis parallelo elytris magis parallelis, supra valde deplanatis, interstitiis distincte punctatis et leviter subcoriaceo rugatulis, depressione media thoracis latiore, lateribus magis inflatis, depressionibus lateralibus multo fortius punctatis, plagula laterum sterniti basalis absente vel perparum distincta differt. Corpore supra laete cupreo, subtus obscure cyaneo, paullo violaceomicante.

543 (528) Thorace lateribus rotundatis, in medio vel ante basi summum latitudinis attingente.

544 (545) Latior. Thorace latiore, longitudine $1^3/_5$ latiore, depressione media latiore et profundiore, lateribus fortius inflatis, multo fortius punctatis. Frontis reliephis duobus obliquis multo distinctioribus. Antennis brevioribus et robustioribus, articulo tertio latitudine solum $1\frac{1}{2}$ longiore. Seriebus elytrorum e punctis parvis compositis. Interstitiis elytrorum subcoriaceis et distincte, satis fortiter punctulatis. Scutello latiore. Prosterno fortius punctato.

174. **Sph. komurolensis** m. n. sp. (78).

Hab.: Sibiria occ.: Turgaj. Semirječie: Komur-Olen. Long.: 12—12·3, lat.: 4—4·3 mm.

Forma illae Cuprina Mot. similis, sed maior, robustior. Corpore subtus nigrocyaneo, lateribus griseoviolaceis, corpore supra obscure cupreoaeneo. Capite lato, medio plagulis duabus obliquis subelevatis notato, satis dense, satis

subtiliter punctato. Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1½ longiore. Thorace longitudine 1³/₅ latiore, antice bisinuato et solum lateraliter marginato, versus basim leviter, sed distincte, versus anticem fortius rotundatim attenuato, parte media laterali plus vel minus subparallelo; margine laterali thoracis subinflato; thorace medio late longitudinaliter, lateribus late, plane impressis, punctura media thoracis subtiliore, solum in illa excavatione antescutellari subcondensata, punctura laterali thoracis forti, densa, substrigata. Elytris thorace paullo latioribus, latitudine 2½ longioribus, usque fere ad medium subparallelis, vel leviter attenuatis, dein versus apicem fortius, longe attenuatis, apicibus ipsis anguste, fere coniunctim rotundatis. Sculptura elytrorum superficiali subobliterata: parte scutellari elytrorum subdepressa, sutura postice subelevata, interstitiis omnibus aequalibus, subtiliter, irregulariter, sparse punctatis, elytris leviter transverse (praecipue lateraliter) subrugatulis.

Processu prosternali lateraliter striatim marginato, metasterno plano, sternito basali convexo. Abdomine subtiliter sparse punctato, punctura hac antice fortiore; abdomine valde nitido, lateraliter fascia pilosa marginato.

545 (544) Gracilior. Thorace longitudine haud 1½ latiore, lateribus minus rotundatis, fovea media angustiore, depressionibus lateralibus minus distinctis, subtilius punctatis, lateribus haud vel leviter inflatis. Frontis reliephis duobus parum elevats. Antennis multo gracilioribus, articulo secundo latitudine duplo longiore. Seriebus elytrorum e lineolis parvis compositis, interstitiis nullo modo coriaceis, impunctatis. Scutello minus lato. Prosterno subtilius punctato. Corpore supra fere nigro, leviter brunneoaeneo, olivaceomicante, corpore subtus nigro. Long.: 13, lat.: 3·8 mm. Turkestan: Repetek. Margelan.

175. **S. olivacea** Kraatz.

546 (527) Thorace versus basim sinuatim attenuato, in tertia parte anteriori summum latitudinis attingente.

176. **Sph. Nowickii** m. n. sp. (79).

Hab.: Anatolia: Ak-Chechir, 1900, korb lgt. Long.: 11·8, lat.: 4 mm.

Elongata, supra leviter, subtus magis convexa, supra obscure cupreobrunnea, nitida, subtus (cum pedibus) nigra. Capite lato, irregulariter punctato, antennarum articullo tertio illo secundo 1⅓ longiore. Thorace longitudine 1³/₅ latiore, antice valde bisinuatim emarginato, totaliter, vere subtiliter marginato, summum latitudinis in tertia parte anteriori attingente, versus anticem rotundatim, versus basim minus fortiter et sinuatim attenuato, tertia parte basali parallela et recta; impressione media thoracis lata et longa, sed parum distincta, depressione laterali satis leviter notata, parte laterali thoracis leviter subinflata. Carina laterali fere recta, usque ad quintam partem anteriorem producta. Punctura thoracis (generali) medio sparsa et subtili, lateraliter fortiore et densiore, punctura fundamentali thoracis et capitis subtilissima et fere indistincta. Scutello longitudine 1½ latiore. Elytris basi thorace latioribus, sed summum latitudinis thoracis haud superantibus, latitudine 2½ longioribus, usque fere, ad medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus separatim rotundatis; elytris in parte scutellari basali subdepressis, impressione posthumerali nulla, sutura postice elevata; sculptura elytrorum e seriebus longitadinalibus lineolarum superficialium satis longarum consistente, interstitiis planis, sparse subtilissime punctatis, leviter transverse hic et ibi variolatis. Processu prosternali lateraliter striatim marginato; metasterno atque sternito basali planis. Abdomine lateraliter fascia pilosa marginato, mediocriter, antice fortius, sparse punctato.

Dom. Ing. S. J. Nowicki amicissime in honorem denominata.

547 (526) Species magnae, deplanatae, postice satis leviter attenuatae, saepissime usque ad medium elytrorum parallelae, depressione media thoracis haud profunda, sed valde lata, long.: 13—18, lat.: 4·8—6·5 mm.

548 (557) Sculptura elytrorum subtili, interstitiis aequalibus, nullo modo coriaceis vel transverse rugatulis. Apice latiore.

549 (550) Corpore subtus laete purpureo, supra laete aureocupreo vel aeneo. Vide: 508 (511).

550 (549) Corpore subtus obscuro, nigrocyaneo vel nigroviolaceo, supra obscure cupreoaeneo vel brunneo.

551 (556) Antennarum articulo tertio illo quarto semper longiore.

552 (553) Depressione media thoracis angustiore. Sternito basali medio canaliculato. Punctura forti laterali thoracis simplici. Articulo secundo antennarum illo quarto distincte breviore. Thorace minus lato. Ovalis, supra obscure cupreoaenea, subtus cyaneonigra. Thorace longitudine circiter 1½ latiore, lateribus fere subparallelis. Elytris subtiliter punctato seriatis, interstitiis planis, parse et parum distincte, solum antice in interstitiis 7, 8, 9 fortius et distinctius punctatis. Long.: 13, lat.: 4·5 mm. Samarkand.

177. **S. viridicoerulea** Kraatz.

553 (552) Depressione media thoracis latiore. Sternito basali convexo, nullo modo canaliculato. Punctura forti laterali thoracis substrioliformi. Articulo secundo et quarto antennarum longitudine aequalibus. Supra obscure cupreonitens, fere nigra.

554 (555) Processu prosternali atque partibus mediis sternalibus fortiter punctatis. Abdomine nitidiore. Sternito anali ♂ apice magis rotundato. Oculis minoribus. Elytris lateraliter antice densius subtilius transverse rugosulis. Articulo basali tarsorum posteriorum ♂ multo (latitudine plus quam quadruplo) longiore. Corpore subtus violaceonigro. Long.: 15, lat.: 5·5 mm. Vide:

164. **S. moesta** B. Jak.

555 (554) Processu prosternali atque partibus mediis sternalibus subtiliter punctatis. Abdomine minus nitido. Sternito anali ♂ apice magis subtruncato. Oculis maioribus. Elytris lateraliter sparsius et minus distincte transverse subrugosis. Articulo basali tarsorum posteriorum ♂ multo breviore (latitudine haud magis quam triplo longiore). Corpore subtus laetius violaceo vel cyaneoviolaceo, cyaneomicante. Long.: 15—19, lat.: 5·5—7 mm. Persia: Luristan.

178. **S. uncta** Kerr.

556 (551) Antennarum articulo tertio et quarto longitudine aequalibus.

179. **Sph. Boisduvali** m. n. sp. (80).

Hab.: Beludjistan: Sarawan. Long.: 17·2, lat.: 6·3 mm.

Species magna, robusta, supra subdeplanata, subtilissima sculpta, obscure cupreoaenea, subtus nigrocyanescens, abdomine, abdomine lateribus piloso marginatis. Capite lato, medio haud, lateribus et praecipue antice densius mediocriter punctato, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore; articulis tertio et quarto longitudine aequalibus. Thorace antice valde bisinuato, fere totaliter marginato, stria marginali anteriori solum breviter medio interrupta, longitudine circiter 1⅗ latiore, supra medio deplanato, late ovaliter excavato, lateribus late longitudinaliter, versus basim profundius impressis. Thorace lateribus rotundatis, fere in tertia parte basali summum latitudinis attingente, versus basim solum leviter, versus anticem fortiter attenuato, medio sparse mediocriter, versus latera fortiter et substrigatim, dense punctatis, lateribus ipsis inflatis, carina laterali fere recta, usque ad quintam

partem anteriorem producta, basi valde deflexa. Punctura thoracis et capitis fundamentali indistincta. Scutello parvo, transverso. Elytris latitudine circiter 2¼ longioribus, thorace haud latioribus, usque post medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apice late conjunctim rotundato, supra in parte lata suturali planis, lateraliter, in prolongatione depressionis lateralis thoracis, paullo longitudinaliter depressiusculis ibidemque magis corrosis, sculptura elytrorum subtili, seriebus longitudinalibus superficialibus et subtilibus atque solum in parte suturali distinctioribus, punctis interstitioorum subtilibus atque illis striarum aequalibus itaque sculptura seriali parum distincta, interstitiis coriaceis, transverse, minute, irregulariter subrugosis. Processu prosternali lateraliter serie punctorum marginato, sparse fortiter punctato. Metasterno plano, sternito basali convexo. Abdomine nitido, valde sparse, subtiliter punctato.

557 (548) Sculptura elytrorum rudiore, coriaceo subvariolata, aspectu magis inaequali. Articulis antennarum secundo et quarto longitudine subaequalibus. Sternito basali convexo. Processu prosternali convexo, linea subtili punctorum utrimque marginato. Corpore subtus laete violaceo, supra cupreoaeneo vel cupreo. Apicibus elytrorum anguste, fere conjunctim rotundatis.

558 (559) Thorace latiore, medio fortius et densius punctato. Elytris solum in basali parte brevi subparallelis, fere iam a basi versus apicem longe attenuatis, interstitiis in parte basali levissime, sed tamen distincte subconvexis, sculptura variolata fortiore. Antennis multo longioribus et gracilioribus, articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Scutello multo latiore. Elongata, postice valde attenuata, thorace fere longitudine duplo latiore. Long.: 14·5—18, lat.: 4·5—6·5 mm. Turkestan. Syr-Darja. Akmolinsk: Mujun-Kum. Semirječia: Talas.

180. **S. Manderstjernai** B. Jak.

559 (558) Thorace minus lato (longitudine 1¾ latiore), medio subtilius et sparsius punctato, elytris usque post medium parallelis, dein subito, fortiter attenuatis, supra magis deplanatis, interstitiis omnibus aequalibus, sculptura variolata transversa subtiliore, regulari. Antennis multo brevioribus, articulo tertio illo secundo solum 1⅓ longiore. Scutello multo minus lato.

181. **Sph. Bucharae** m. n. sp. (81).

Hab.: Buchara. Long.: 16·5, lat.: 5·8 mm.

Forma illa B o i s d u v a l i m. satis similis, sed postice multo magis attenuata. Supra obscure cuprea, subtus laete cyanea, medio antice purpureoviolascens; abdomine fascia pilosa laterali marginato. Capite lato, magno, fronte satis dense, sparse punctata, medio reliephis obliquis duobus laevibus parvis. Antennarum articulo tertio illo secundo 1⅓ longiore; articulo secundo illo quarto distincte longiore. Thorace longitudine 1¾ latiore, antice valde bisinuato, stria antice marginali medio late interrupta; thoracis disco medio late longitudinaliter excavato, lateribus longitudinaliter deplanatis, parte laterali extrema inflata; punctura medio sparsa, satis subtili, lateraliter fortiore et multo densiore, carina laterali usque fere ad angulos anticos producta, leviter sinuata, ante basi leviter deflexa. Punctura fundamentali haud distincta, thorace microscopice, subtilissime alutaceo. Scutello vere parvo, longitudine et latitudine fere aequali. Elytris latitudine circiter 2¼ longioribus, thoracem latitudine haud superantibus, usque post medium parallelis, dein versus apicem longe, fortiter attenuatis, apice conjunctim anguste rotundato. Elytris sculptura regulari serierum longitudinalium punctorum mediocrium, leviter foveolatim impressorum, interstitiis angustis serierum nullo modo elevatis, aequa-

libus, transverse, dense, subtiliter, regulariter coriaceo rugosulis, sparse, subtiliter, parum distincte punctatis. Processu prosternali medio sparse mediocriter punctato, lateraliter serie punctorum marginato, metasterno plano, sternito basali medio levissime canaliculato, abdomine vere nitido, sparse, subtiliter punctato.

561 (526) Elytris in parte posthumerali, basali, scilicet in interstitiis 6, 8 et praecipue 7 depressione elongata plus vel minus distincta, saepe regulari notatis itaque superficie elytrorum in parte basali in sensu transverso inaequalibus. Sternito basali in angulo lateroanteriori plagula parvula rotunda glabra, saepe parum distincta, notato, fascia pilosa laterali eadem de causa ibidem subinterrupta. Coxis posterioribus externe valde attenuatis.

562 (567) Thorace in tertia parte anteriori summum latitudinis attingente, lato, margine antico magis bisinuato, lobo medio magis producto. Articulis secundo et quarto antennarum subaequalibus.

563 (566) Corpore supra satis laete cupreo, subtus cyaneo violaceo vel violascente. Semirječia: Talas. Transcaspia: Kara Kum. Syr Darja: Aulie Ata. Tudkestan: Oš. Samarkand. Mongolia (Ex Kerremans).

564 (565) Thorace latiore, longitudine fere 1⅔ latiore. Corporis forma robustiore, maiore. Articulo tertio antennarum illo secundo solum parum longiore.*) Ovalis, nitida. Long.: 10·5—16, lat.: 3·2—5·3 mm. (= S. montana B. Jak.)

18. **S. laticeps** B. Jak.

565 (564) Thorace angustiore, longitudine solum 1⅓ latiore. Forma minore.

182a. **Sph. laticeps var. microsoma** m. n. var. (82).

Hab.: Samarkand. Long.: 9, lat.: 2·6 mm.

A typo frma multo minore, thorace longitudine solum 1⅓ latiore, versus basim multo fortius sinuatim attennuato, elytris brevioribus differt.

566 (563) Corpore supra et subtus nigro. Transalai; Ferghana mer.

182b. **S. laticeps ssp. memnonia** Obenb.

567 (562) Thorace in basi vel in medio summum latitudinis attingente, minus lato. Species angustiores et graciliores. Margine thoracis antico minus fortiter bisinuato. Striis elytrorum e lineolis subtilibus formatis.

568 (569) Brevior, latior, elytris minus prolongatis, thorace iam a medio versus apicem rotundatim attenuato, carina laterali leviter sinuata, corpore subtus nitidiore. Ovalis, satis elongata, supra obscure cuprea, subtus obscure cyanea. Thorace longitudine 1½ latiore. Metasterno plus vel minus distincte canaliculato. Long.: 11—14, lat.: 3·5—5 mm. Turkestan: Samarkand. Ferghana. Kokand.

183. **S. lucidicollis** Kraatz.

569 (568) Elongata, gracilior, elytris magis parallelis, magis prolongatis, thorace parallelo, solum a tertia vel quarta parte anteriori versus apicem rotundatim attenuato, carina laterali secta. Thorace longitudine 1⅓ latiore.

570 (573) Articulo quarto et secundo antennarum longitudine aequali. Corpore subtus obscurius colorato, sculptura elytrali fortiori, interstitiis alternis nullo modo elevatis.

571 (572) Supra obscure cuprea, subtus nigrocyanea, capite minus lato, elytris longioribus, lobo medio thoracis anteriori minus producto, margine antico thoracis latius bisinuato, punctura elytrali multo fortiore. Long.: 13, lat.: 4 mm. Samarkand. Semirječia: Talas.

184. **S. propinqua** Kraatz.

---

*) E cotypo speciei montana B. Jak. Descriptio originalis in hoc puncto est erronea.

572 (571) Supra olivacea, obscura, thoracis lateribus cuprascentibus, elytris brevioribus, magis deplanatis.

184a. **Sph. propinqua ssp. montivaga** m. n. ssp. (83).

Hab.: Montes Petri Magni.

A typo colore supra olivaceo, obscura, thoracis lateribus cuprascentibus, elytris brevioribus, supra magis deplanatis, lobo medio thoracis magis producto, punctura elytrali subtiliore, saepe fere subobliterata differens.

573 (570) Articulo quarto antennarum illo secundo distincte longiore.

184b. **Sph. propinqua ssp. Karakušensis** m. n. ssp. (84).

Hab.: Turkestan chin.: Kara-Kuš.

A typo forma magis elongata, sculptura elytrali multo subtiliore, interstitiis alternis perparum, attamen perceptibiliter subelevatis, corpore supra laete cupreo, subtus satis laete cyaneo, lateribus cuprescentibus, antennarum articulo quarto illo secundo distincte longiore differens.

574 (524) Depressione media basali thoracis rotunda, circulari, lateraliter et antice elevatione lata laevigata, fere circulari, saepissime impunctata, nitida circumvallata. Articulo basali tarsorum posteriorum ♂ fere illos tres articulos ultimos unitos longitudine adaequante. Articulo secundo et quarto antennarum aequalibus. Tarsis longis.

575 (576) Corpore supra nigro, parte lata laterali elytrali cyaneoviridi. Stria anteriori marginali prosterni integra. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Striis elytrorum longitudinalibus subtilibus, superficialibus, elytris lateraliter leviter transverse rugulosis. Corpore subtus nigrocyaneo. Articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine fere duplo latiore. Long.: 12—13, lat.: 4·5 mm. Persia. Erivaň.

185. **S. aerata** B. Jak.

576 (575) Corpore supra cupreo vel cupreoviolaceo, subtus violaceo vel cyanescente. Stria anteriori marginali prosterni medio late interrupta.

577 (580) Parte media thoracis (impressione excepta) fere impunctata, valde nitida. Corpore subtus unicolori. Sculptura elytrali e lineolis subtilibus composita, interstitiis planis, nullo modo variolatim subrugosis, subtiliter sparse punctatis, aequalibus.

578 (579) Corpore supra obscure violaceo, lateribus cyaneis vel nigrocoeruleis, corpore subtus cyaneonigro.

186. **Sph. repetekensis** m. n. sp. (85).

Hab.: Buchara: Repetek, IV. 1900 (Coll. Hauser). Long.: 13·5—14·5, lat.: 4·3—5 mm.

Species supra leviter subtus magis convexa, satis lata, subtus plumbeo cyanea, supra obscure violaceo cuprea, lateribus thoracis et elytrorum late cyanescentibus. Capite satis convexo, antennarum articulo tertio illo secundo 1⅓ longiore, thorace longitudine 1³/₅ latiore usque ad medium subparallelo, dein versus anticem rotundatim fortiter attenuato, margine antico bissinuato, solum lateraliter striatim marginato, stria hac medio distincte interrupta; thorace medio fovea vere lata, magna, rotunda, haud profunda ornato, lateribus late longitudinaliter subdepressis, ibidem punctura forti densa, punctura generali zonae illae centralis circularis perpusilla; margine extremo thoracis subinflato; carina laterali recta usque ad quintem partem anteriorem producta basi leviter deflexa. Elytris thorace haud latioribus, latitudine 2¼ longioribus, in parte scutellari anteriori subdepressis, sutura postice elevata usque post medium parallelis dein versus apicem longe attenuatis, apicibus ipsis anguste separatim rotundatis, impressione humerali indistincta; punctura fundamentali totius corporis indistincta; elytris nitidis, elytrorum scriebus e lineolis regula-

ribus brevissimis subtilibus compositis nullo modo impressis, interstitiorum planorum punctis fere eadem forma et magnitudine, itaque punctura elytrorum aspectu potius irregulari, haud seriali. Processu prosternali subtiliter sparse punctato, lateraliter serie punctorum marginato, metasterno plano, sternito basali convexo. Abdomine nitido sparse et subtiliter in segmento basali fortius punctato. Tarsorum posteriorum articulo basali (♂) illos fere tres, ♀ illos duo ultimos unitos longitudine adaequante.

579 (578) Corpore supra laete cupreo, subtus violaceo, saepe coeruleomicante.

186a. **Sph. repetekensis var. Darius** m. n. var. (86).

Hab.: Buchara: Repetek.

A typo colore laete cupreo vel cupreo, sine ullo nitore coerulescenti vel violaceo, corpore subtus violaceo vel purpureo, coeruleomicante, diversa.

580 (577) Parte media thoracis distincte et satis fortiter punctata, corpore subtus bicolori; sculptura elytrali e punctis fortibus composita, interstitiis satis minute, sed dense variolatis et rugulosis, nitidis.

187. **Sph. steppensis** m. n. sp. (87).

Hab.: Transcaspia. Long.: 12·5—14·5, lat.: 4·5—5·4 mm.

Species oblonga, supra cupreo nitida, laete colorata, corpore subtus cyaneo, lateribus abdominis et sternalibus cupreoaeneis, medio sterni purpureoviolaceo. Capite satis convexo, dense, satis fortiter irregulariter punctato, medio frontis subdepresso, articulo tertio antennarum illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine duplo latiore, lateribus subinflatis, medio fovea lata, rotunda, circulari, praescutellari notato, lateribus longitudinaliter late depresso; punctura partis centralis thoracis subtili, simplici, illa depressionis lateralis manifesta, forti, strigatim semicirculari, densa. Thorace versus basim leviter, versus anticem fortiter rotundatim attenuato, summum latitudinis circiter in medio attingente, parte basali subparallela. Scutello parvo. Elytris thorace haud latioribus, latitudine 2½ longioribus usque fere ad medium subparallelis, dein versus apicem longe rotundatim attenuatis, apicibus ipsis satis anguste, fere coniunctim rotundatis. Elytris regulariter punctatoseriatis, seriebus e lineolis brevissimis compositis, interstitiis illis alternis (1, 3, 5, 7) levissime plane subelevatis, punctura interstitiorum subtili, punctura illa fundamentali totius superficiei indistincta. Processu prosternali utrimque striatim marginato, sparse satis fortiter punctato, metasterno fortiter punctato, haud canaliculato, sternito basali convexo, abdomine nitido lateraliter fascia pilosa marginato, sparse subtiliter, in segmento basali fortius punctato.

581 (461) Interstitiis alternis elytrorum plus vel minus longe, plus vel minus manifeste, sed semper distincte elevatis.

582 (583) Capite postice quattuor punctis foveoliformibus notato. Interstitiis 2, 4, 6 elevatis, interstitio 5 magis depresso, sutura postice carinata. Striis elytrorum e punctis fortibus formatis. Processu prosternali vage, fortiter punctato, utrimque fortiter striatim marginato. Ovalis, oblonga, postice fortiter attenuata, subtus convexior, supra laete cupreoaenea, subtus violascens, sternito anali cyaneo. Long.: 17·5, lat.: 7·5 mm. Transcaspia.

188. **S. navicula** B. Jak.

583 (582) Capite normali.

584 (589) Elytris solum costa suturali et costa praemarginali totis elevatis, interstitiis 2 et 4 solum antice et breviter elevatis.

585 (586) Scutello longitudine triplo latiore. Interstitiis 1, 2 et illo marginali dense punctulatis. Interstitio tertio fascia pilosa longitudinali ornato. Metallica, cupreonitens, subtus purpureo et chalybeomicans; prothorace parce

subtiliter punctato. Interstitiis primo et secundo et margine laterali subopacis, fortiter rugoso punctatis, interstitio tertio sicut etiam corpore subtus tomento farinoso flavescenti albo dense obtectis, vitta lata mediana pectoris et ventris denudata. Long.: 14—17 mm. Mongolia: in deserto Gobi ad Szair-uzsu et Tugurjuk. Vide:

114. **S. Zichyi** Csiki.

586 (585) Scutello longitudine circiter duplo latiore. Striis elytrorum in punctura densa superficies subtilibus vel subobliteratis. Interstitio quinto et septimo dense punctatis. Parum convexa, supra satis nitida, capite inaequali, lato. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Interstitiis secundo et quarto basi solum elevatis, illis 5 et 7 dense punctatis, illo octavo longe careniformi.

587 (588) Corpore supra cupres vel aeneo, subtus obscure cyaneo. Long.: 7—11, lat.: 2·5—4 mm. Transbaicalia. Sibiria or. Dauria. Nerčinsk. Mongolia mer. — occ.; China: Shan-si.

189. **S. extensocarinata** B. Jak.

588 (587) Nigra.

189a. **Sph. extensocarinata var. avula** m. n. var. (88).

Hab.: Mongolia bor.

A typo corporis colore nigerrimo, parum nitido differt.

589 (584) Elytrorum interstitiis pluribus totaliter elevatis; si intervallum submarginale totaliter elevatum, tunc intervallis secundo et quarto semper totaliter etiam elevatis.

590 (597) Margine thoracis anteriori stria subtili totaliter (etiam in medio) marginato.

591 (592) Costulis elytralibus ex interstitiis 2, 5, 9 formatis, his costulis antice et postice distinctis, medio subinterruptis et haud distinctis, carina totaliter elevata nulla. Elongata, parum convexa, aenea, nitida, elytris auratis, subtus cupre. Articulo ntennarum tertio illo secundo distincte longiore. Thorace longitudine 1⅓ latiore, subparallelo; elytris subtiliter postice attenuatis, apice conjunctim rotundato, seriebus longitudinalibus e punctis rotundis satis distinctis formatis. Coxarum posteriorum margine apicali bisinuato. Long.: 13, lat.: 5 mm. Syria: Baghdad. (= c o r r u g a t a Cast. & Gory, Mars. — non Klug; = M a r s e u l i Kerr., non E. Sd. [nom. praeoce.]).

190. **S. Marseuliana** m. n. n.

592 (591) Costulis e aliis interstitiis formatis. Impressione posthumerali elytrorum profundiore.

593 (594) Sutura atque interstitio, octavo et saepe interstitio quarto postice carinatim elevatis; facie generali speciei c a n a l i c u l a t a Pallas, sed medio thoracis levius impresso, stria marginali anteriori thoracis integra, costis elytrorum minus elevatis, sternito basali canaliculato diversa. Ovalis, elongata, parum convexa, supra dense punctata, laete aenea, violaceolimbata, subtus nigrocyanea, nitida, late piloso marginata. Articulo tertio antennarum illo secundo longiore. Thorace longitudine duplo latiore, subparallelo. Elytris apice conjunctim rotundatis, superficie elytrorum inter interstitiis quarto et octavo atque pone suturam fortiter impressa. Interstitio secundo toto convexo; seriebus longitudinalibus e punctis rotundatis compositis. Processu prosternali fortiter lateraliter marginato. Long.: 13—15·5 mm, lat.: 5—6 mm. China occidentalis: Oasis Ta-Dshou.

190a. **Sph. Kozlovi** B. Jak.

594 (593) Interstitiis alternis 2, 4, 6 totaliter elevatis. Species longa, postice modice attenuata. Subtus cyanea, lateribus cupreomicantibus. Capite latissimo. Sutura postice carinata. Prosterno subtiliter punctato.

595 (596) Supra cuprea. Thorace longitudine $1^2/_5$ latiore, lateribus subparallelis, leviter arcuatis. Striis elytrorum subtilibus, interstitiis haud vel parum rugosulis. Coxarum posteriorum margine apicali recto.

191. **Sph. Králi** m. n. sp. (89).

Hab.: Samarkand. Long.: 12·5—18, lat.: 4—6·5 mm.

Species elongata, satis robusta, supra satis leviter convexa, laete cuprea, subtus coerules, lateribus roseocuprascentibus. Capite lato, irregulariter, satis fortiter, antice densius punctato, antennis nigris, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulo secundo et quarto aequalibus. Thorace longitudine $1^2/_5$ latiore, antice bisinuato, marginato, stria marginali medio late interrupta, lateribus usque fere ad quartam partem anteriorem parallelis, antice rotundatis, disco medio longitudinaliter, haud profunde, late depressiusculo, lateribus late deplanatim impressis, lateribus subinflatis, carina laterali fere recta et usque fere ad angulos antenores producta, punctura fundamentali pusilla, indistincta, punctura generali in medio subtiliore, sparsa, solum in depressione media magis agglomerata, lateralter, in depressione laterali forti, strioliformi, densiore. Scutello longitudine 1¾ latiore. Elytris thorace paullo latioribus, usque versus medium fere parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus separatim rotundatis. Elytris latitudine 2½ longioribus, regulariter, subtiliter lineolato seriatis, lineolis brevibus, interstitiis alternis totaliter, sed leviter subelevatis, omnibus subtiliter punctatis. Processu prosternali nitidissimo, subtiliter sparse punctato. Metasterno plano. Sternito basali convexo, nullo modo canaliculato. Sternito anali apice utrimque oblique rotundato, medio ♂ sinuatim, minute emarginato. Abdomine valde nitido, sparse, satis subtiliter punctato, lateraliter fascia contigua pilorum griseorum satis lata marginato. Tibiis ♂ anticis satis fortiter, mediis ♂ leviter curvatis, ills posticis ♂ satis gracilibus, margine externo leviter concave curvato, margine interno leviter bissinuato, tibiis ♂ mediis et posticis in parte interna praeapicali leviter calcaratis. Tarsorum posteriorum articulo basali fere illos tres ultimos unitos longitudine adaequante.

Amico K r á l (Praha-Libeň), entomologo Pragensi in honorem denominata.

596 (595) Supra nigra, thorace longitudine solum 1⅓ latiore, lateribus subparallelis et leviter rotundatis, striis elytrorum valde distinctis, interstitiis fortiter rugulosis, coxarum posteriorum margine posteriori medio sinuato-Elongata parum convexa, subdepressa, forma speciei m a r g e l l a n i c a Kraatz. Long.: 17, lat.: 6 mm. Ferghana.

192. **S. signifera** B. Jak.

597 (590) Marginis anterioris thoracis stria marginali medio interrupta.

598 (599) Dorso subgibboso. Elytris longis et attenuatis. Superficie obscure aenea, corpore subtus obscure coeruleo. Antennis valde brevibus; seriebus longitudinalibus elytrorum e punctis rotundis compositis. Sternito basali medio subsulcato. Thorace longitudine 1½ latiore. Antennarum articulo tertio illo secundo 1⅓ longiore, articulis secundo et quarto longitudine aequalibus. Pronoto subparallelo. Long.: 17, lat.: 6·5 mm. Semirječia: pars meridio-orientalis Issyk-Kul.

193. **S. longipennis** B. Jak.

599 (598) Elytris normalibus, haud gibbosis. Sternito basali sulco medio nullo.

600 (601) Carina marginali elytrorum forti ovalis, postice valde attenuata, parum convexa, postice declivis, laete cupreoaenea, epistomate et lateribus troracis cupreopurpureis, subtus laete purpurea, tribus sternitis ultimis

cyaneis; articulo tertio antennarum illo secundo solum perparum longiore. Pronoto magno, lateribus valde arcuatis, summum latitudinis ante medio attingentibus, superficie thoracis haud, depressionibus lateralibus grosse et densius punctatis. Elytris iam a basi versus apicem attenuatis, longis, superficie seriebus geminatis punctorum grandium rugulis transversis alternatis tecta, costis duabus discalibus totaliter elevatis; costa praemarginali breviore; costa marginali elevata; sutura totaliter elevata. Sternito basali integro. Long.: 14, lat.: 5 mm. Syria.

194. **S. ostentator** Kerr.

601 (600) Costa marginali haud tam distincta. Impressione posthumerali elytrorum distincta.

602 (605) Interstitiis alternis omnibus plus vel minus distincte elevatis. Thorace longitudine 1⅓ latiore. Subdepressa.

603 (604) Laete cupresaenea, elytris auratis, supra violaceolimbata, subtus viridis, violaceomicans. Fronte bituberculata. Thoracis depressione laterali in elytris in forma depressionis posthumeralis continuata; in elytris quatuor latis costis distinctis. Elytris conjunctim rotundatis, striis e punctis parum distinctis compositis, stria scutellari valde profunda. Interstitiis rugosis, alterne subelevatis. Coxarum posteriorum margine apicali bisinuato. Long.: 16, lat.: 6 mm. Caucasus: (= S. dianthi Cast. & Gory, Marseul, non Steven, = exarata Kerr., non Fischer Waldh.)

195. **S. fallaciosa** B. Jak.

604 (603) Supra obscure viridiaenea, nigrescens, haud convexa (a latere visa fere recta), subtus obscure cyanea. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Thorace subparallelo, disco vage, sed satis fortiter punctato, depressionibus lateribus fortiter cribato punctatis. Elytris thorace triplo longioribus, striis e lineolis superficialibus formatis, interstitiis parum dense punctatis, illis alternis distincte, sed leviter elevatis, interstitio quinto medio magis impresso, regione scutellari lata, fortiter depressa, processu prosternali stria lineari lateraliter marginato; coxarum posteriorum margine posteriori sinu epimerali forti. Long.: 11·5, lat.: 4·3 mm. Montes Balcani.

196. **S. balcanica** B. Jak.

605 (602) Interstitio secundo totaliter, illo quarto et octavo solum postice elevatis. Illae Králi m. similis, sed multo angustior, multo minor et gracilior, tibiis fortioribus, tarsis brevioribus. Tarsorum posteriorum articulo basali ♂ illos duo ultimos unito longitudne adaequante (apud Králi m. ♂ fere illos tres ultimos adaequante!) Elongata, cupreoaenea, subtus obscure cyanescens, lateraliter violaceomicans. Processu prosternali lateraliter striatim marginato. Long.: 10·5, lat.: 3 mm. Turkestan. Samarkand.

197. **S. strigosa** B. Jak.

606 (1) Species in angulis lateroanterioribus sternitorum vel in angulo hoc solo sterniti secundi plaga plus vel minus distincta, subelevata, glabra, laevigata, nitida ornatis. Plaga has saepe magna, rarius valde minuta.*)

607 (680) Thoracis margine anteriori totaliter marginato.

608 (613) Sternito secundo solo in angulo lateroanteriori plagula parva ornato. Superficie nigra vel nigroaenea.

609 (612) Corpore subtus nigro. Articulo tertio antennarum illo secundo 1⅓ longiore. Processu prosternali lateraliter stria forti marginato. Epistomate arcuatim emarginato. Foveola thoracis antescutellari parum distincta vel nullo.

---

*) Species tales omnes iam in parte tabellae 1—606 notavi; quae species omnes hic iam secundo loco repetitae sunt. Species sequentes illis subgeneris Deudora B. Jak. valde affines sunt.

610 (611) Capite sulco medio nullo. Fronte concolore. Thorace longitudine 1½ latiore. Angulis posticis thoracis rectis. Impressione media thoracis lata, parum distincta, satis fortiter, haud dense punctata. Scutello transverso. Elytris thorace haud latioribus, apicibus rotundatis, pone suturam haud sulcatis. Superficie satis fortiter, irregulariter punctata, striis satis indistinctis. Prosterno dense punctato. Sternito basali medio integro.

198. **Sph. Circe** m. n. sp. (90).

Hab.: Sicilia. Long.: 12·5, lat.: 4·2 mm.

♂. Elongata, supra medio leviter subdeplanata, nitida, supra nigra, subtus nigrocyanea, abdomine fascia pilosa lutescente angusta marginato, in angulo lateroanteriori segmenti primi soli abdominis plagula nitida parva laevi notato.

Capite lato, dense, satis fortiter punctato. Articulo tertio antennarum illo secundo solum 1⅓ longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, antice bisinuato et totaliter marginato, in parte tertia anteriori latissimo, versus anticem rotundatim attenuato, versus basim fere inconspicue attenuato, lateribus posticis fere parallelis. Disco medio late longitudinaliter subdeplanato, ibidem, in linea media, densius punctato, lateribus late longitudinaliter depressis, lateraliter inflatis; punctis in medio sparsis subtilibus, lateraliter fortioribus, densioribus punctura fundamentali nulla. Scutello parvo, longitudine fere 1½ latiore. Elytris latitudine 2½ longioribus, parte suturali dorsali deplanata, paullo post humeris summum latitudinis attingente, ibidem thorace paullo latiore, dein versus medium primo levius, dein fortius attenuato, apicibus satis anguste separatim rotundatis. Elytris superficialiter, regulariter lineolatoseriatis, interstitiis planis, sparse subtiliter punctatis, versus latera paullo, minute rugosulis. Prosterni processu satis sparse, satis fortiter punctato, lateribus striatim marginatis. Metasterno plano, sternito basali medio convexo, nullo modo canaliculato, abdomine nitido, sparse, subtiliter punctato, tibiis fortibus, illis anticis et mediis ♂ valde curvatis (mediis ♂ apice nullo modo calcaratis), posticis ♂ rectis, versus apicem paullo dilatatis, interne in parte apicali leviter obtuse calcaratis. Sternito anali ♂ apice rotundato. Tarsorum posteriorum articulo basali illos duo ultimos unitos longitudine adaequante.

611 (610) Capite medio leviter sulcato. Parte anteriori frontis roseoviolacea. Thorace longitudine 1⅓ latiore, angulis posterioribus thoracis brevibus, sed acutis. Impressione media thoracis satis profunda, subtiliter et vage punctata, thorace subcordiformi. Elytris thorace paullo latioribus, apice abrupte truncatis, pone suturam profunde sulcatis. Striis elytrorum regularibus, sed parum distinctis, interstitio quinto subdepresso. Prosterno sparse punctato. Sternito basali canaliculato. Long.: 13, lat.: 4·7. mm. Kars.: Olty.

199. **S. intaminata** B. Jak.

612 (609) Corpore subtus obscure cyaneo. Processu prosternali lateraliter subtiliter marginato; epistomate triangulariter emarginato. Thorace longitudinis 1⅓ latiore, angulis posticis acutis; tribus sulcis latis et profundis ornato, foveola antescutellari manifesta. Elytris postice satis late rotundatis, striis parum distinctis, interstitio sexto subimpresso. Humeris inflatis prosterno subtiliter sparse punctato. Long.: 10, lat.: 3·8 mm. Armenia.

200. **S. diluta** B. Jak.

613 (608) Sternitis pluribus in angulis lateroanterioribus plagulis subelevatis, laevigatis, glabris ornatis.

614 (625) Interstitiis alternis nonnullis plus vel minus longe, plus vel minus distincte subelevatis.

615 (618) Thorace medio late excavatim sulcato.

616 (617) Stria marginali prosternali nulla. Supra nigroaenea, valde nitida, obscura, postice valde attenuata. Antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Elongata, ovalis, supra parum convexa, subtus convexior, nitida, obscure cyanea. Thorace longitudine 1½ latiore. Elytris apice separatim rotundatis, sutura subcariniformi, striis vel regularibus, e lineolis parvis compositis, vel parum distinctis, interstitio secundo elevato, glabrato; illo quarto, parte media interstitii sexti, basi interstitii octavi minus elevatis (costis omnibus saepe satis vagis!), interstitio quinto et septimo subdepressis, dense rugose punctatis, regione scutellari valde depressa. Long.: 7·5; lat.: 2·5—4 mm. (= S. Pallasi B. Jak. 1900, = S. inermis Kerr., = S. macra B. Jak. 1909.) Transbaikalia: Kiachta, Čita; Gansu: Lanchowfu, China: Pekin. Dauria.

201. **S. Pallasia** Schoenh.*)

617 (616) Prosterno lateraliter striatim punctato. Corpore latiore, magis parallelo, antennarum articulis secundo et tertio subaequalibus. Caucasus. Vide: 363 (362)

618 (615) Thorace medio solum leviter, tenuiter, haud profunde sulcatulo, sulco hoc saepe indistincto. Mento transverse subcarinato. Processu prosternali lateraliter striatim marginato.

619 (622) Thorace minus lato, in tertia parte anteriori plus vel minus fortiter dilatato. Interstitiis subelevatis elytrorum minus convexis. Margine antico thoracis fortius bisinuato.

620 (621) Maior, convexior, subtiliter sculpta, thorace subparallelo. Supra obscure cuprea, subtus violacea, purpureo iridescens. Apice ♀ sterniti apicalis distincte, minute sinuatim emarginato. Articulo secundo et quarto antennarum longitudine aequali; carina laterali thoracis recta. Punctura fundamentali thoracis distincta. Abdomine fortius punctato, processu prosternali stria fortiori marginato. Long.: 8—10, lat.: 2·5—3·2 mm. Gallia mer. Taurus. Asia Minor: Hungaria. Bosnia.

202. **S. ardua** Cast. & Gory (non B. Jak.)

621 (620) Minor, magis parallela, thorace in tertia parte anteriori subparallelo, supra aeneocuprea, viridescens, subtus laete cuprea. Articulo secundo antennarum illo quarto longitudine paullo breviore. Punctura fundamentali thoracis indistincta. Carina laterali thoracis leviter sinuata, basi reflexa.

203. **Sph. Brussae** m. n. sp. (91).

Hab.: Asia Minor: Brussa. Long.: 8, lat.: 2·5 mm.

♂. Species parva, oblonga, supra leviter, subtus fortius convexa, Deudoriformis, supra aeneocuprea, hic et ibi leviter viridescens, subtus laete cuprea, abdomine purpureocupreo, lateraliter sternitis abdominalibus in angulis latero anterioribus plagula laevi subelevata magna notatis. Capite lato, medio haud depresso, subtiliter irregulariter punctato. Antennarum articulis secundo illo quarto longitudine paullo breviori, articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine circiter $1^3/_5$ latiore, fere in tertia parte anteriori summum latitudinis attingente, dein versus apicem longe rotundatim, versus basim sinuatim attenuato, in tertia parte basali lateribus fere rectis, subparallelis. Thorace antice bisinuatim, satis fortiter emarginato, linea subtili totaliter marginato, medio linea subtili longitudinali impressa, lateribus leviter depressiusculis, medio sparse et vere subtiliter, lateraliter fortius et densius (punctis rotundis) punctato; carina laterali leviter sinuata, usque ad tertiam partem anteriorem producta. Scutello subcordiformi, longitudine circiter 1½ latiore; elytris latitudine circiter 2½ longioribus, thorace paullo latioribus,

*) E typo!

usque ad medium parallelis, dein versus basim oblique attenuatis, apicibus separatim oblique rotundatis, superficialiter, subtiliter seriato lineolatis, interstitiis alternis leviter elevatis, lateraliter totaliter carinatomarginatis, interstitiis sparse, subtiliter, parum conspicue punctatis. Processu prosternali nitido, medio sparse mediocriter punctato, lateribus linea punctorum marginato, metasterno plano, sternito basali medio leviter sulcatulo, coxarum posteriorum margine posteriori plane, curvatim, simpliciter emarginato. Abdomine mediocriter, satis sparse, antice fortius, in sternito anali densius punctato, sternito anali apice ♂ simpliciter truncatim rotundato. Pedibus brevibus, tibiis posticis ♂ satis latis, interne, in parte apicali leviter calcaratis.

622 (619) Thorace multo latiore, in basi summum latitudinis attingente, subparallelo vel iam a basi attenuato. Interstitiis elevatim cum depressionibus longitudinalibus alternantibus, striis perparum distinctis, sculptura generali elytrorum saepissime subobliterata. Margine antico thoracis minus fortiter bisinuato. Carina laterali thoracis recta.

623 (624) Nigrescens, subtus cupreopurpurascens, thorace versus anticem magis attenuato, scutello maiore, latiore, superficie multo nitidiore, elytris inaequalibus, costis longitudinalibus hic et ibi late sublacunose conjunctis. Corpore subtus densius punctato.

204. **Sph. fallatrix** m. n. sp. (92).

Hab.: Caucasus. Long.: 10·4, lat.: 4 mm.

♂ Species oblonga, supra satis, subtus magis convexa, parte scutellari superficiei subelevata. Corpore supra obscure violaceo cuprescente, subtus cupreoviolaceo, abdomine magis purpurascente. Capite lato, convexo, subtiliter punctato; antennarum articulo secundo et quarto longitudine aequali, articulo tertio illo secundo 1⅓ longiore. Thorace longitudine fere duplo latiore, antice satis profunde bisinuatim emarginato, totaliter marginato; thorace medio profunde sed satis tenuiter longitudinaliter impresso, ibidem sperse subtiliter punctato, parte centrali nitida haud punctata; thorace lateraliter late, longitudinaliter depressiusculo, depressione hac externe latere subinflato marginata; depressione hac punctis strioliformibus subrugosulis, parte inflata laterali punctis simplicibus satis magnis tectis. Carina laterali recta usque ad quintam partem anteriorem producta, basi paullo deflexa. Scutello longitudine fere duplo latiore, subcordiformi. Thorace lateribus subparallelis, solum antice rotundato. Elytris thorace paullo latioribus, interstitiis 3, 5, 7 satis late praecipue antice fortiter plicatim elevatis, seriebus longitudinalibus subtilissimis e lineolis superficialibus formatis, interstitiis punctura perpusilla tectis; interstitiis illis elevatis alternis hic et ibi transverse plicatim subconjunctis, itaque superficie elytrorum aspectu variolato. Elytris usque ad medium parallelis dein versus apicem attenuatis, apicibus anguste separatim rotundatis. Processu prosternali lateriter striatim marginato, metasterno plano, sternito basali convexo, sternito anali ♂ apice satis anguste simpliciter rotundato, medio leviter longitudinaliter depressiusculo. Abdomine nitido, medio sparse subtiliter, antice fortius punctato, abdominis lateribus in angulis lateroanterioribus sternitorum plagulis nitidis ornatis.

624 (622) Corpore subtus et supra laete cupreo, sculptura elytrali haud la cunosa.

204a. **Sph. fallatrix ssp. hyrcas** m. n. ssp. (93).

Hab.: Caucasus.

A typo colore superficiei laete cupreo, impressione media thoracis subtiliore, thorace parallelo, elytris utrimque leviter quadri costatis, parum nitidis, costis nullo modo lacunose conjunctis, superficie aequali, scutello minore, corpore subtus sparsius punctato, nitido valde differens.

625 (614) Interstitiis elytrorum alternis nullo modo elevatis.

626 (627) Processu prosternali totaliter, etiam in apice, marginato. Elytris versus apicem valde attenuatis. Angulis anterioribus thoracis plagula obliqua impunctata parva notatis. Cupreoaenea, subtus obscure cyanea. Thorace elytris distincte angustiore. Sternito basali subsulcato. Long.: 13, lat.: 5·2 mm. Kars: Olty.

205. **S. porrecta** B. Jak.*)

627 (626) Processu prosternali solum lateraliter marginato. Reliephis parvis obliquis in angulis anterioribus thoracis nullis.

628 (629) Thorace longitudine duplo latiore, subcordiformi, versus basim valde, sinuatim attenuato. Capite et thorace aureis, elytris obscure nigrocyaneis, striis e lineolis parvis formatis; elytris pone suturam profunde impressis. Anthaxiiformis. Corpore subtus nigrocyaneo. Long.: 7, lat.: 2·5 mm. Sicilia. Vide:

206. **S. sicula** B. Jak.

629 (628) Thorace parallelo, lateribus rectis vel rotundatis, versus basim nullo modo vel solum levissime attenuatis. Superficie unicolori.

630 (641) Species supra et subtus nigrae, sine ulo nitore metallico, piceomicantes, rarissime supra paullulo cyanescentes.

631 (632) Cuneiformis, supra alutacea, disco thoracis valde depresso. Vide: 441 (442).

632 (631) Magis convexa, nullo modo alutacea, nitida, disco thoracis convexo, parum distincte, tenuiter sulcatulo.

633 (634) Thorace longitudine solum 1½ latiore, corpore longo, graciliore, magis cylindraceo, magis parallelo. Punctura partis mediae thoracis forti. Sternito anali ♂ apice minute, sed distincte sinuatim emarginato.

207. **Sph. Melitta** m. n. sp. (94).

Hab.: Asia Minor, Taurus. Long.: 10·2—11·6, lat.: 3—3·9 mm.

♂ Species oblonga, nitida, nigra, capite convexo, plagulis duabus laevibus ornato; antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulo quarto illo secundo distincte longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, antice fortiter bisinuato, totaliter marginato, medio linea impressa longitudinali vere superficiali, lateribus longitudinaliter subdepressis, punctis strioliformibus longulis tectis, lateribus leviter subinflatis, usque ad quartem partem anteriorem parallelis, dein ad anticem leviter attenuatis. Scutello subcordiformi, 1½ latiore. Elytris latitudine 2½ longioribus, usque ad medium parallelis, dein longe attenuatis, apice fere conjunctim rotundato, lineolato seriolatis, superficie tota satis variolata, nitida; sutura postice elevata. Processu prosternali lateribus striatomarginatis, metasterno plano, sternito basali medio leviter, saepe minus distincte canaliculato, abdomine satis dense punctato, punctura hac satis forti; sternitis lateraliter plagis nitidis in angulis lateroanterioribus ornatis. Sternito anali apice medio leviter sinuatim emarginato.

634 (633) Thorace breviore, longitudine $1^3/_5$ usque duplo latiore.

635 (636) Sternito basali medio distincte sulcato. Elytris postice conjunctim rotundatis. Thorace parallelo, angulis posterioribus acutis, elytra superantibus. Elytris thorace triplo longioribus, striis elytrorum superficialibus, regularibus, e punctis subtilibus et lineolis intermixtis compositis. Sternito anali ♂ apice minute sinuatim emarginato. Long.: 11·5, lat.: 4·5 mm. Persia septentrionalis: montes Kuldshar.

208. **S. exoleta** B. Jak.

636 (635) Sternito basali medio integro.

---

*) Vide etiam 639 (640)!

637 (638) Magna, robusta, scutello maiore, coxis posterioribus postice, in regione epimerali distincte sinuatim emarginatis.

209. **Sph. euplecta** m. n. sp. (95).

Hab.: Persia: Aghir Dagh (Mus. Madrid). Long.: 14, lat.: 5 mm.

♀ Species satis magna, convexa, postice valde attenuata, nitida, nigra, abdomine lateraliter in angulis lateroanterioribus sternitorum plagulis laevibus ornato. Capite lato, medio plagulis duabus ornato; antennis nigris, articulo secundo illo quarto paullullo breviore, articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Punctura fundamentali capitis et thoracis perpusilla, thorace capiteque valde nitidis. Thorace longitudine 1¾ latiori, lateribus subparallelis, solum antice attenuatis, margine anteriori valde bisinuato, totaliter marginato. Thoracis disco impressione longitudinali distincta nulla, lateraliter solum late vage depresso, lateribus, praecipue postice, subinflatis; carina laterali recta, usque ad tertiam partem anteriorem producta, basi distincte deflexa; thorace medio satis sparse, satis fortiter punctato, depressione laterali striolis subarcuatis longitudinalibus dense tectis. Scutello subcordiformi longitudine duplo latiore. Elytris thorace distincte latioribus, latitudine 2¼ longioribus, usque ad medium fere subparallelis, dein versus apicem longe rotundatim attenuatis, apice satis anguste conjunctim rotundato, denticula parvula suturali notato. Elytrorum seriebus e punctis rotundis compositis, interstitiis nullo modo elevatis, superficie tota nitida, transverse regulariter, satis subtiliter, rugose veriolosa. Processu prosternali lateribus serie punctorum marginato, metasterno plano, sternito basali convexo, abdomine nitidissimo, sparse et subtiliter (etiam in sternito anali) punctato; margine apicali sterniti analis medio apice leviter sinuatim emarginato.

638 (637) Minor, minus robusta, coxarum posteriorum sinu epimerali nullo.

639 (640) Thorace medio sparse et subtiliter punctato. Elytris subvariolosis, sed sculptura seriali obliterata. Processu prosternali multo subtilius, sparsius punctato. Abdomine nitidiore, subtilissime sparse punctato. Capite latiore. Scutello breviore et multo latiore. Elytris apice conjunctim rotundatis.

210. **Sph. Enyuseki** m. n. sp. (96).

Hab.: Montes Taurus, Enyusek Dagh, VI. 1898, Escalera lgt. (Mus. Madrid). Long.: 10, lat.: 3·5 mm.

♀. Subtus indigacea, nigrescens, valde nitida, supra nigra, parum nitida. Oblonga, convexa; capite convexo, satis lato, antennis nigris, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore; thorace antice bisinuato, totaliter marginato, longitudine 1³/₅ altiore, usque ad tertiam partem anteriorem parallelo, versus anticem rotundatim attenuato, linea impressa media nulla, solum lateraliter levissime depressiusculo, ibidem simpliciter satis fortiter punctato, medio subtilissime sparse punctulato. Carina laterali fere recta usque ad sextam partem anteriorem producta. Scutello subcordiformi fere duplo latiore. Elytris thorace paullo latioribus, latitudine 2¼ longioribus, usque ad medium subparallelis, dein versus apicem arcuatim attenuatis, apice conjunctim rotundato, striis vel seriebus elytrorum indistinctis, elytris leviter transverse inaequalibus, sculptura uniformi, subcoriacea, subtilissima. Processu prosternali lateraliter striatim marginato, medio sparse subtiliter punctato, nitidissimo, metasterno plano, sternito basali convexo, subtiliter punctato, caeteris sternitis nitidissimis, fere laevibus. Sternito anali apice satis anguste subrotundato.

640 (639) Thorace medio fortiter punctato. Elytris variolosis, sculptura seriali striarum distincta. Processu prosternali multo fortius, densius punctato.

Abdomine fortus punctato. Scutello mnore, minus transverso. Apice minus lato. Elytris apice separatim rotundatis. Elytris valde rugosis, corpore subtus obscure nigrocyaneo. Thorace postice versus anticem leviter oblique attenuato. Striis elytrorum e lineolis parvis compositis. Processu prosternali fere totaliter marginato. Long.: 9, lat.: 2·5 mm. Persia: Luristan.

211. **S. saxosa** Kerr.

641 (630) Species supra et subtus cupreae vel plus vel minus obscure aeneae, subtus saepe violascentes, supra nullo modo cyaneomicantes. Superficie raro nigra, sed dein corpore subtus distinctissime metallico, cyaneo vel violaceo.

642 (653) Thorace lateraliter striolatim punctato, punctis his semper in forma lineolae vel striolae curvatae impressis, nunquam simplicibus.

643 (644) Superficie valde alutacea, thoracis disco plus vel minus late subdeplanato. Vide: 417 (412).

644 (643) Superficie magis convexa, thoracis disco convexo, medio solum haud vel parum distincte, tenuiter sulcatulo. Elytris apice separatim rotundatis.

645 (646) Coxarum posteriorum margine posteriori distincte bisinuato. Articulis quarto et secundo antennarum longitudine aequalibus. Punctura media thoracis valde subtili, thorace nitido. Corpore subtus violaceo-iridescente, supra obscure aeneo, thorace et capite laetius cupreo. Carina laterali thoracis recta, basi leviter deflexa. Elytris thorace haud latioribus, apice oblique externo separatim rotundato, seriebus e lineolis subtilibus compositis. Punctura fundamentali thoracis haud distincta, elytrorum densa et subtili, distincta. Long.: 10·5, lat.: 3·5—3·7 mm. Amasia.

212. **S. Bang-Haasi** Obenb.

646 (645) Coxarum posteriorum margine apicali recto vel late, simpliciter arcuato.

647 (650) Articulo quarto et secundo antennarum longitudine aequalibus.

648 (649) Maior, supra obscura, fere nigrescens, thorace latiore, linea media thoracis magis impressa. Punctura discali thoracis subtili.

213. **Sph. amasica** m. n. sp. (97).

Hab.: Asia Minor: Amasia. Long.: 13, lat.: 3·8 mm.

♂. Satis robusta, supra nigra, subtus nigroviolacea, sternitis in angulis lateroanterioribus plaga laevi magna ornatis. Capite lato dense mediocriter punctato, medio plagulis obliquis duabus ornato, antennis gracilibus, articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulo secundo illo quarto distincte breviore. Thorace longitudine plus quam 1½ latiore, antice valde bisinuatim emarginato, totaliter marginato, lateribus usque ad quartam partem anteriorem subparallelis, dein attenuatis, medio linea longitudinali satis superficiali notato, parte sublaterali late longitudinaliter deplanata, lateribus inflatis. Punctura fundamentali thoracis perpusilla, sed distincta, illa generali medio sparsa subtili, lateribus densa striolata. Scutello cupreo, longitudine fere 1½ latiore. Carina laterali thoracis recta usque ad tertiam partem anteriorem producta. Elytris thorace parum latioribus, latitudine 2¼ longioribus, nitidis, satis aequalibus, pone suturam postice solum perparum canaliculatis, sculptura fere obliterata, solum in parte suturali hic et ibi lineolis longis irregularibus, superficialibus notata. Apicibus separatim rotundatis. Corpore subtus nitido, prosterno lateraliter fortiter striatim marginato, metasterno plano, sternito basali convexo nullo modo canaliculato, abdomine sparse subtiliter punctato, punctura sterniti analis densiore et fortiore.

649 (648) Minor, cuprea, thorace minus lato, linea media thoracis obliterata. Punctura discali thoracis forti.

214. **Sph. oreophila** m. n. sp. (98).

Hab.: Caucasus: Mingrelia. Long.: 9·5, lat.: 3·4 mm.

♂. Species convexa supra et subtus laete cuprea; capite lato, medio leviter deplanato satis dense mediocriter punctato; antennis nigris, satis fortibus, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore; thorace longitudine 1½ latiore, antice profunde bisinuatim emarginato, totaliter marginato, angulis anticis acutis, lateraliter usque ad quartam partem anteriorem parallelo, dein versus anticem rotundatim attenuato, medio solum levissime lineatim canaliculato, fovea antescutellari distincta lateraliter postice late deplanato, margine laterali subinflato, punctura disci subtiliore sparsiore, lateraliter forti. Punctura fundamentali capitis et thoracis perpusilla parum conspicua. Carina laterali recta usque ad quartam partem anteriorem producta. Scutello subcordiformi longitudine fere duplo latiore. Elytris thorace distincte latioribus usque fere ad medium parallelis, satis aequalibus, versus apicem longe curvatim attenuatis, apicibus separatim rotundatis. Elytris lineolatopunctatis, interstitiis subplanis, illo subsuturali postice subdepresso, superficie satis dense punctulata, leviter transverse rugosula. Processu prosternali medio sparse fortiter punctato, lateribus striatim marginatis, metasterno plano, sternito basali convexo, sternito anali ♂ apice medio minute sinuatim emarginato. Abdomine nitido, sparse mediocriter punctato, angulis lateroanterioribus sternitorum plagula laevi magna notatis. Tibiis anticis ♂ valde curvatis, illis mediis ♂ fere rectis, nullo modo calcaratis, tibiis posticis ♂ fere rectis, calcare interno apicali nullo.

650 (647) Articulo secundo antennarum illo quarto distincte breviore.

651 (652) Nitidior, postice minus attenuata. Punctura discali thoracis forti, punctura generali thoracis pusilla, sed distincta. Lobo medio anteriori thoracis minus producto. Elytris apice multo latius rotundatis, seriebus valde indistinctis, e punctis parum conspicuis compositis. Superficie nitida, elytris dense, subtiliter in fundamento punctulatis. Carina laterali thoracis leviter sinuata.

215. **Sph. ottomana** m. n. sp. (99).

Hab.: Taurus Cilicicus. Long.: 9·5, lat.: 3·2 mm.

♂. Species elongata, subparallela, satis leviter convexa, supra cuprea, subtus violacea, abdomine in angulis latero anterioribus plagulis glabris magnis notato; capite valde lato, antennarum articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Thorace antice bisinuato, totaliter marginato, longitudine 1½ latiore, usque ad tertiam partem anteriorem parallelo, dein rotundatim attenuato, disco leviter longitudinaliter sulcato, lateribus late depressis, externe subinflatis, carina laterali subsinuata, usque ad quartam partem anteriorem producta; disco simpliciter, sparse, lateribus fortiter, substriolatim punctatis. Scutello subcordiformi, longitudine 1½ latiore. Elytris thorace nullo modo latioribus, latitudine 2½ longioribus, superficie aequali, subtiliter sculpta, seriebus longitudinalibus fere obliteratis. Elytris parallelis, a medio ad apicem longe attenuatis, apicibus separatim rotundatis. Processu prosternali lateribus striatim marginatis, sternito basali medio nullo modo canaliculato, abdomine nitido, sparse mediocriter punctato, sternito anali anguste rotundato, medio apice minutissime sinuatim emarginato.

652 (651) Minus nitida, postice valde attenuata. Aspectu illae cuprinae Mot., sed linea media thoracis tenuissima atque stria marginali anteriori integra thoracis valde divergens. Punctura discali thoracis subtilissima, illa fundamentali thoracis haud perceptibili; lobo medio thoracis magis producto. Elytris apice valde attenuatis, anguste rotundatis, seriebus elytrorum superficialibus, e lineis longis irregularibus compositis. Super-

ficie subalutacea, elytris densissime, subtilissime in fundamento punctulatis itaque haud nitidis. Carina laterali thoracis recta, basi deflexa.

216. **Sph. Pliginskii** m. n. sp. (100).

Hab.: Rossia mer.: Krim. Long.: 11, lat.: 3·2 mm.

Forma illa cuprinae Mot. valde similis, supra leviter convexa, versus apicem valde attenuata, supra rubro vel purpureocuprea, parum nitida, subtus violacea, cyaneomicans. Capite lato, dense, subtiliter punctato, plagulis duabus obliquis haud elevatis impunctatis. Antennis nigris, articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Thorace longitudine paullo plus quam 1½ latiore, lateribus parallelis, solum antice rotundatis, angulis anticis satis productis, margine antico totaliter striatim marginato; convexo, linea media tenuissima, parum distincta, lineari. Thorace disco subtiliter, satis sparse, lateribus fortius punctatis. Carina laterali longa et fere recta. Scutello satis lato. Elytris latitudine 2½ longioribus, versus medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus separatim rotundatis, superficie densissime subtilissime punctulata, striis longitudinalibus e lineolis superficialibus tenuibus, longis irregularibus compositis, interstitiis omnibus planis. Processu prosternali plano, sparse mediocriter punctato, lateribus striatim marginatis, metasterno plano, sternito basali haud canaliculato, abdomine valde nitido, sparse, irregulariter, subtiliter punctulato.

653 (642) Thorace lateraliter simpliciter punctato, punctis nullo modo longitudinalite, striolatim impressis vel confluentibus.

654 (657) Longior, gracilior. Thorace in tertia parte anteriori dilatato, hic summum latitudinis attingente, versus basim sinuatim vel cordatim attenuato. Linea media impressa thoracis levissima.

655 (656) Minus nitida, elytris magis aequalibus, interstitiis haud elevatis, nullo modo variolatim transverse plicate conjunctis. Superficie tota obscure cuprea, corpore subtus violaceo, lateribus leviter cuprescentibus; antennarum articulo quarto illo secundo parum, sed distincte longiore. Thorace longitudine 1½ latiore, lateribus valde rotundatis, angulis basalibus leviter divaricatis. Carina laterali leviter bisinuata, versus basim reflexa. Elytris parallelis, a medio attenuatis, apice fere conjunctim rotundato. Sculptura superficiali elytrorum valde obliterata, seriebus longitudinalibus solum hic et ibi lineolis irregularibus valde elongatis notatis. Tibiis ♂ posticis externe rectis, interne leviter bisinuatis, apice interno leviter calcaratis. Sternito anali ♂ apice minutissime, distincte sinuatim emarginato. Long.: 8·7, lat.: 2·9 mm. Georgia. Tiflis. Amasia. Taurus.

217. **S. georgica** Obenb.

656 (655) Elytris multo fortius variolatis.

217a. **Sph. georgica ssp. helladicola** m. n. ssp. (101).

A typo elytrorum striis magis impressis, interstitiis irregulariter, fortius elevatis, convexioribus, hic et ibi plicatim transverse conjunctis et subundulatis itaque superficie multo magis irregulari distincta.

657 (654) Thorace vel in maiore parte basali parallelo, vel lateribus leviter rotundatis, summum latitudinis in vel prope basi; rarius in medio, nullo modo antice attingente.

658 (659) Margine laterali elytrorum toto desuper totaliter visibili. Species minor, gracilior, convexa, laete cuprea, sulco medio thoracis longitudinali haud distincto.

218. **Sph. danaica** m. n. sp. (102).

Hab.: Graecia. Long.: 9, lat.: 3·2 mm.

♀. Supra laete cuprea, subtus laete violacea, cyaneomicans, lateribus aenescentibus. Capite lato, subtiliter dense punctato, antennis nigris, articulis secundo et quarto longitudine aequalibus, articulo tertio illo secundo 1½ longiore. Thorace antice fortiter bisinuatim emarginato, totaliter marginato, angulis anticis acutis, longitudine $1^3/_5$ latiore, usque ad quartam partem anteriorem parallelo, dein rotundatim attenuato, carina laterali sinuata, usque ad quartam partem anteriorem producta. Sulco medio discali perparum distincto, impressionibus lateralibus latis, haud profundis, dense, satis fortiter punctatis; disco leviter, sparse punctato, lateribus in depressione dense, fortius punctato. Scutello longitudine duplo latiore. Elytris thorace parum latioribus, latitudine 2½ longioribus, usque post medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus separatim rotundatis, sculptura densa, subtili, subobliterata tectis, seriebus longitudinalibus parum distinctis, e lineolis longis compositis. Processu prosternali satis dense punctato, lateribus marginatis, metasterno plano, sternito basali convexo, abdomine valde nitido, laevi, punctura subtilissima sparse tecto, angulis lateroanterioribus sternitorum plagis magnis laevibus ornatis.

659 (658) Margine elytrorum laterali desuper solum partim, in parte basali, vel haud visibili.

660 (661) Elytris valde regulariter striatis, interstitiis planis, striis ininterruptis, lineiformibus, subtilibus. Convexa, supra cupreabrunnea, subtus nitidior, obscure cyanea. Antennarum articulo quarto illo secundo distincte longiore. Capite valde lato. Thorace longitudine circiter 1¾ latiore, linea media impressa distincta nulla, punctura disci mediocri. Sternito anali apice ♂♀ breviter sinuatim emarginato. Thorace nitido,, elytris haud nitentibus. Long.: 11·5—12, lat.: 4—4·2 mm. Caucasus.

219. **S. lineigera** Obenb

661 (660) Elytrorum seriebus longitudinalibus semper in lineolas nonnulas vel in seriem punctorum divisis, nullo modo contiguis.

662 (663) Lateribus thoracis leviter rotundatis.

220. **Sph. Korbi** m. n. sp. (103).

Hab.: Transcaucasia: Erivaň; Korb 1898. Long.: 12, lat.: 4 mm.

♀. Satis magna, satis convexa, postice valde declivis, valde attenuata. Supra laete cuprea, nitida, punctura subtili fundamentali distinctissima, corpore subtus laete violaceo. Capite valde lato, medio plagulis duabus parum distinctis ornato, antennis brevibus, nigris, articulo tertio illo secundo 1½ longiore, articulis II. et IV. aequalibus; thorace antice profunde bisinuatim emarginato, stria subtili totaliter marginato, longitudine fere $1^2/_3$ latiore, in medio summum latitudinis attingente, lateribus rotundatis et versus anticem fortiter, versus basim levissime attenuatis, sulco medio longitudinali thoracis superficiali, sulco laterali lato, subdepresso, lateribus subinflatis. Carina laterali recta et usque ad tertiam partem anteriorem producta. Superficie thoracis punctura generali medio subtili, lateraliter densia et fortiori, subcoriacea. Thorace longitudine fere duplo latiore, subtriangulari. Elytris robustis, latitudine 2½ longioribus, thorace haud latioribus, iam fere a basi, primo leviter, a medio fortiter attenuatis et rotundatis, apicibus separatim, anguste rotundatis. Elytris dense, aequaliter, subtilissime punctulatis, punctis maioribus interstitiorum nullis, seriebus elytrorum e lineolis longis, sparsis, irregularibus, satis profunde impressis, sed satis una ab altera distantibus compositis. Interstitiis grosse, sed plane, irregulariter, uti apud illam c o r a c i n a m Stev. transverse variolatis. Processu prosternali striatim marginato. Metasterno

atque sternito basali planis, abdomine nitido, satis dense, satis fortiter punctato, sternito anali apice rotundato, sternitorum angulis lateroanterioribus plagulis cyaneis, laevibus, magnis notatis.

663 (662) Thorace usque ad tertiam partem anteriorem recto, parallelo vel fere parallelo.

664 (679) Maior, robustior, magis convexa, angulis anticis thoracis minus acutis, margine anteriori minus fortiter emarginato. Scutello maiore, magis rotundato, longiore. Thorace brevi et lato, lateribus magis inflatis; corporis forma illae coracinae Stev. valde similis. Tarsis ♂, praecipue illis posterioribus, longioribus et gracilioribus.

665 (674) Corpore supra plus vel minus obscure cupreo vel cupreoaeneo.

666 (673) Interstitiis alternis nullo modo obscuratis elevatis.

667 672) Punctura fundamentali thoracis vel elytrorum subtilissimo, sed distincta, elytris in fundamento subtilissime coriaceis. Corpore subtus irideo, cupreo vel violascente, saepe cyaneomicante.

668 (669) Maior, robustior, elytris forma ilae coracina Stev. similibus, solum in tertia parte basali parallelis. Corpore supra (typum vidi!) cupreo, subtus cupreoviolaceo; vel supra cupreoaeneo, subtus griseoviolaceo vel iridescente. Capite minus lato; thorace latiore; scutello magis transverso, elytris apice separatim suboblique rotundatis. Forma crassula, robusti, fortius, magis variolatim vel magis inaequaliter sculpta. Graecia. Lusitania (typus!): Gallia m., Sardinia, Sicilia, Italia, Tirolis, Carniolia, Styria, Austria, Croatia, Hungaria, Slovakia, Moravia, Transsylvania, Graecia, Asia Minor, Mesopotamia, Bessarabia, Krim, Rossia mer.: Guberniae: Charkovskaja, Astrachanskaja, Orenburskaja, Tiflisskaja; Africa or. (?). Long.: 13—16, lat.: 4·5—6·5 mm.

221. **S. antiqua** Ill.

669 (668) Minor, gracilior, magis subparallela.

670 (671) Maior, fortius sculpta, elytris interstitiis alternis nullo modo elevatis, usque post medium parallelis, thorace minus lato, angulis posticis thoracis plus vel minus postice protractis, capite quam apud formam typicam multo minore. Elytris apice conjunctim rotundatis. Aspectu magis aequali, forma versus anticem magis fortiter et magis regulariter attenuata, articulo quarto antennarum illo secundo distincte longiore. Supra cuprea vel aenea, saepe nigrescens, sed semper plus vel minus aeneomicans, subtus laete iridescens. Long.: 11—13·5, lat.: 3·5—5 mm. Italia (Emilia), Sicilia, Rossia mer. (Poltava, in Genista tinctoria! [Ogloblin]), verisimiliter Mediterranea tota septentionalis. (= S. litigiosa Mann.)

221a. **S. antiqua ssp. iridiventris** Cast. & Gory.

671 (670) Minor, multo magis regulariter convexa, sculptura elytrali nullo modo variolosa, seriebus subtilibus, interstitiis alternis levissime, plane, sed distincte elevatis. Deudoriformis, illae D. raucae F. haud aspectu dissimilis. Subtiliter sculpta, thorace subparallelo; articulo secundo et quarto antennarum longitudine aequali. Long.: 8—10, lat.: 2·5—3·2 mm. Gallia mer. Asia Minor, Taurus. Bosnia. Vide:

202. **S. ardua Cast. & Gory** (non B. Jak.).

672 (667) Punctura fundamentali superficiei absente.

221b. **Sph. antiqua subsp. pernitens** m. n. ssp. (104).

Hab.: Asia Minor: Malatia.

Forma maiore, robustiore; supra laete cuprea, subtus nigra, haud iridescens. A typo punctura fundamentali absente, superficie tota nitidissima, valde laevigata, sculptura elytrorum subtiliore, elytris magis aequalibus diversa.

673 (666) Interstitiis alternis elytrorum obscuratis.

221c. **Sph. antiqua subsp. ramosula** m. n. ssp. (105).

Hab.: Transcaucasia: Erivaň, Araxes; Ordubad.

Forma valde robusta, forti, crassula, supra obscure brunneoaenea, subtus purpureo- vel nigroviolacea, iridescens. A typo sculptura elytrali subcorrosula, interstitis tribus alternis obscuratis, indistincte, paullulo subelevatis, in linea zigzag, leviter inaequali perspicuis, partibus inter illis magis cupreis, sculptura striarum lineolari subtilissima, perparum distincta diversa. A forma caucasica occidentali (Elisabetpol) valde differens. Sculptura hac seriali iam faciliter sine ullo instrumento optico visibili. Specimina multa Dom. Dr. J. Veselý e Ordubad attulit.

674 (665) Corpore supra nigerrimo, robusto.

675 (676) Thoracis disco foveis quattuor transverse dispositis ornato. Forma et aspectu illa coracinae Steven. Elytris indistincte utrimque subquadricostatis, antice impressione humerali notatis. Long.: 15·5, lat. 6 mm. Italia: Gaëta.

221d. **S. antiqua var. Quercii** Leoni.

676 (675) Thoracis disco integro.

677 (678) Minus robusta, minor, magis parallela, thorace minus dilatato. Epistomate cupreo, lateribus et medio thoracis leviter aeneis. Subtus nigrocyanea. Lobo medio anteriori thoracis subanguloso. Elytris transverse rugosis, punctis irregularibus tectis, irregulariter seriatoemeolatis; apicibus separatim rotundatis. Long.: 12, lat.: 4 mm. Africa or. (?)

221e. **S. antiqua var. (?) variolosa** Kerr.

678 (677) Robustior, maior, thorace dilatato.

222 f. **Sph. antiqua ssp. ausonica m. n. ssp.** (106).

Hab.: Sicilia. Rumelia or.: Studenec. Long.: 13—15, lat.: 5—5·8 mm.

Superficie nigerrima, epistomate saepe violascente, corpore subtus leviter cyaneomicante. Lineolis serierum satis profunde impressis, interstitiis subaequalibus, illis alternis haud elevatis, interstitiis omnibus leviter transverse subvariolosis. Punctura fundamentali thoracis pusillima, sed distincta.

679 (664) Minor, minus convexa; angulis anticis thoracis multo fortius acuminatis et productis, thorace latiore, antice multo fortius bisinuatim emarginato, scutello latiore et breviore. Forma supra magis depressiuscula, graciliore, superficie elytrorum leviter, late, subvariolosa. Tarsis ♂ brevioribus, fortioribus. Supra cuprea vel aenescens, rarius viridescens, subtus cupreopurpurea, purpureoviolacea vel cyanea, nitida. Depressione lineari media thoracis perparum distincta. Thorace usque ad quartam partem anteriorem parallelo, dein breviter attenuato, depressionibus lateralibus levibus, lateribus solum parum inflatis. Long.: 8—12, lat.: 2·8—4 mm. Graecia, Austria, Hungaria, Sicilia, Asia Minor. Rossia mer.

221g. **S. antiqua ssp. inaequalis** Steven.*)

680 (607) Margine anteriori thoracis in medio interrupto.

681 (682) Carina laterali thoracis recta, impressione media lata et haud profunda, in disci medio abbreviata. Valde elongata, gracilis, parum convexa, supra viridicuprea, subtus splendide violacea, thorace et capite aureomicantibus. Antennis valde brevibus, nigris. Thorace longitudine 1⅓ latiore; elytris thorace triplo longioribus, apicibus separatim rotundatis. Abdomine fere laevi, subtilissime, sparse punctato. Long.: 11·3, lat.: 3·5 mm. Turkestan ross.

222. **S. spreta** B. Jak.

---

*) S. inaequalis Cast. & Gory, Mars. = S. cuprina Mot.!

682 (681) Carina laterali thoracis basi deflexa. Impressione media thoracis, usque versus anticem producta.

683 (696) Sculptura elytrali e seriebus lineolarum plus vel minus longarum, impressarum, distinctis, composita. Sculptura hac seriali semper distincta.

684 (689) Depressione elytrali humerali (cum margine laterali parallela, lata, fere usque ad medium distincta) nulla.

685 (686) Thorace in basi summum latitudinis attingente. Vide: 537 (540).

686 (685) Thorace lateribus rotundatis.

687 (688) Sternitis secundo et tertio in angulo lateroanteriori plagula laevi notato. Elongata, ovalis, versus anticem et posticem attenuata, supra deplanata, a latere visa, rectilineata, subtus convexior; supra obscure virescens. subtus obscure cyanea, violascens. Articulis secundo et quarto antennarum aequalibus. Thorace subparallelo, lateribus leviter arcuatis, ante medio summum latitudinis attingente. Depressione media thoracis lata, dense punctata, lateribus thoracis inflatis, elytris thorace triplo longioribus, postice separatim rotundatis, interstitiis planis, interstitio quinto et illo subsuturali posice valde impressis, coxis posterioribus sinu epimerali distincto. Long.: 13·5 mm, lat.: 4·7 mm. Turkestan: Dogus Tau.

223. **S. Suvorovi** B. Jak.

688 (687) Sternito solo secundo lateribus plagula parva laevigata notato. Vide: 543 (528).

689 (684) Depressione elytrorum humerali distincta.

690 (691) Thorace in tertia parte anteriori summum latitudinis attingente. Thorace antice fortius bissinuatim emarginato. Vide: 563 (566).

691 (690) Thorace magis parallelo. Gracilior, angustior. Thoracis margine antico minus fortiter bisinuatim emarginato.

692 (693) Sternitorum 2, 3, 4 angulis lateroanterioribus plagulis laeribus ornatis. Elongata, gracilis; articulo secundo antennarum illo quarto aequali. Cupreoaenea, nitida, capite et thorace leviter violaceomicantibus, subtus laete violacea. Thorace longitudine 1⅓ latiore, basi subparallelo, antice leviter arcuato et attenuato. Angulis posterioribus brevibus., acutis. Impressione media thoracis satis lata, antice attenuata, satis profunda; margine laterali thoracis subinflato. Elytris thorace triplo longioribus, postice fortiter attenuatis et rotundatis. Striis regularibus, e lineolis parvis satis densis formatis, interstitiis alternis 2, 4, 6, 8, distincte subelevatis, subtilissime punctatis, interstitio quinto subdepresso. Metasterno leviter canaliculato. Long.: 10·7, lat.: 3·7 mm. Issyk-Kul.

224. **S. exigua** B. Jak.

693 (692) Sternito secundo solo lateraliter plagula minuta laevi notato.

694 (695) Thorace magis parallelo, solum a tertia vel quarta parte anteriori attenuato. Vide: 570 (573).

695 (694) Thorace iam a medio versus anticem attenuato. Vide: 568 (569).

696 (683) Sculptura elytrali e lineis punctorum composita vel indistincta atque dein superficie elytrorum subcoriacea. Sternito secundo solo lateraliter plaga laevi minuta notato. Vide: 532 (533).

*

Obs.: Species hic non annotata atque mihi in natura ignota (e Caucaso):

226. **S. binominata Kerr.**

(Monogr. Bupr. VI., 1913, App., p. 577 = a e n e a Kraatz in coll.)

*

Adnotatio: In tabella mea valde abbreviata, schematica, quam anno praecedente in Sborník Ent. odd. Nár. Musea, Praha, IV. 28, 1926, p. 3—79 publicaverim, species anterius ab auctoribus diversis descriptas solum nomine, sine ulla distinctione tabellari post illis speciebus novis locavi. Hanc tabellam dilatatam atque usque ad varietates et aberratimes minute productam in revisione futura porro tractatam esse volo; attamen iam loco hoc species et formas nonullas in conspectu illo citato meo omissas adnotandas esse existimo.

Itaque in Tabella mea subgeneris Hoplistura species sequentes (hic et ibi etiam errore ae omissione impressoris) omissae sunt: Sph. cheloukensis Thoms., congerer Kerr., difficilis Kerr., gibbosa Kerr,. protracta Kerr., Schultzei Kerr., senegalensis Cast. & Gory, Wahlbergi Kerr.

Quarum specierum nonnulae, valde male descriptae, verisimiliter in numero illarum »incertae sedis« locandae sunt.

In conspectum illarum subgeneris Tropeopeltis specierum illae: capicola Thoms., denticauda B. Jak., gustata Kerr. et Staudingeriana Obenb. addendae sunt.

Index alphabeticus.

Abbreviata Kerr. . . 21
adusta B. Jak. . . . 36
aenea Kraatz. . . . 96
aerata B. Jak. . . . 80
aethiops B. Jak . . 15
afflicta Ab. 24
agnoscenda Obenb. . . 75
Agrippina Kerr. . . . 54
Ajax Kerr. 54
aladaghensis Obenb.
alatauensis Obenb. . . 68
albanica Obenb. . . 58
Alexandri Obenb. . . 33
algirica Abeille . . 61
alia Obenb. 63
aliena B. Jak. . . . 22
amasica Obenb. . . . 90
anthracina B. Jak. . . 22
antiqua Ill. . . . 52, 94
araxana Obenb. . . . 46
arcana B. Jak. . . 46, 53
ardua Cast. & Gory 86, 94
ardua Mars. 86
Ariadne Obenb. . . . 57
Armena Steven . . . 10
armenigena Obenb. . . 11
Armenorum Obenb. . 37. 34
arnacanthae Dej. . . 35
Artaxerxes Obenb. . . 17
askhabadensis Obenb. 57, 62
atramentaria B. Jak. 20, 41
auriceps B. Jak. . . 24
ausonica Obenb. . . 95
avula Obenb. 82
Babel Mars. 35
balcanica B. Jak. . . 84
Bang-Haasi Obenb. . . 90
barbata B. Jak. . . . 53
benedicenda Obenb. . . 72
Bergrothi Obenb. . . 66
bicarinata B. Jak. . . 10
binominata Kerr. . 11, 90
bifoveolata Mars. . 22, 60
Bodemeyeri B. Jak. . 45
Boisduvali Obenb. . . 77
borochorensis Obenb. 68
bousaadensis Obenb. . 60
breviuscula Abeille . 61
Brussae Obenb. . . . 86
Bucharae Obenb. . . 78
Budshnurdi Obenb. . . 71
caesia B. Jak. . . . 46
canaliculata Cast. & Gory 52
canaliculata Pallas . . 52
carboniventris Obenb. . 59
Castelnaudi Kerr. . . 75
catenifera Obenb. . . 16
caucasicola Obenb. . . 56
chalcosoma Obenb. . . 43
chalybaea Mén. . . . 48
Christophi B. Jak. . 13, 23
chrysostoma Cast. & Gory 61
Circe Obenb. 85
cilicica Obenb. . . . 8
clarescens Kerr. . . . 47
clauda Mars. 8
coerulans Obenb. . . 59
coerulea B. Jak. . . . 25
coeruleolimbata Obenb. 16
commixta Obenb. . . 52
confusa Kerr. 47
conica Cast. & Gory . 59
coracina Steven . . . 35
corrosa Obenb. . . . 31
corrugata Klug. . . . 40
corrugata Cast. & Gory 82
crassiceps B.Jak. 33, 39, 40
cribrata Fald. . . . 10
cunea Mars. . . . 34, 55
cuprea Ball. 18
cuprifrons Mars. . . . 44
cuprina Mot. 75
cupriventris Cast. & Gory 59
curta B. Jak. 5
cyanea B. Jak. . . 26, 49
cyaneonigra Kerr. . . 26
cyanina Obenb. . . . 56
cyaniventris Obenb. . 23
cyphogastra B. Jak. 64, 70
danaica Obenb. . . . 92
Darius Obenb. . . . 81
Daurica Mars. . . . 52
Dejeani Zubk. . . . 45
demissa Mars. . . . 53
depressiuscula Obenb. 49, 57, 63
derugata Redtb. . . 36
dianthi Cast. & Gory 69, 84
dianthi Mann. . . . 5
dianthi Steven . . 52, 94

dichroa B. Jak. . . 32, 39
dilaticollis Cast. & Gory 60
dilatipes B. Jak. . . 65
diluta B. Jak. . . 70, 85
dsungaricola Obenb. . 68

ebenina B. Jak. . . . 15
Edmundi B. Jak. . 20, 24
egregia B. Jak. . . . 49
elamita Mars. . . . 16
encausta B. Jak. 32, 40, 41
Enyuseki Obenb. . . 89
eoa Obenb. 67
Erdshmiadzini Obenb. 20
Eugeni B. Jak. . . 21, 24
euplecta Obenb. . . . 89
exarata Kerr. . . . 84
exarata Fischer . . . 5
exasciata B. Jak. . . 34
excavata Fald. . . . 48
exigua B. Jak. . . . 96
exoleta B. Jak. . . . 88
extensocarinata B. Jak. 82

Faldermanni Kerr. . . 50
fallaciosa B. Jak. . 69, 84
fallatrix Obenb. . . . 87
fissifrons Mars . . . 52
fossa Kerr. 47
fossithorax Obenb. . . 75
fossulata Gebler . . . 67
fossulata Mars. . . . 52
foveithoracica Kerr. . 49
foveola Gebler . . . 50
funebralis Obenb. . . 19
furva B. Jak. . . . 14

Ganglbaueri B. Jak.
Gebleri C. G. . . . 67
gemellata Mann. . . 59
georgica Obenb. . . 92
gigas Obenb. . . . 15
glabrata Mén. . . . 7
graeca Obeb. 58

Hartmanni Obenb. . . 11
helladicola Obenb. . . 92
hellenica Obenb. . . 56
Herzi B. Jak. . . . 23
hetera Obenb. . . . 21
heteronyma Obenb. . . 53
Helita Obenb. . . . 13
hypcrita Mann. . . 37, 44
hyrcas Obenb. . . . 87

igniceps B. Jak. . . 24
iliensis Obenb. . . . 72
impressicollis Mars. . 65
inaequalis Cast. & Gory 75, 95
inaequalis Steven . . 95
inaequalis Mars. . . 75
inermis Kerr. . . . 86
intaminata B. Jak. 70, 85

interrupta Kerr. . . 45
Irene Obenb. . . . 7
iridiventris Cast. & Gory 94
irregularis Obenb. . . 46
Ixion Kerr. 44

Jakovleviana Obenb. . 66
Jermaki Obenb. . . . 63

Karakušensis Obenb. . 80
Klapáleki Obenb. . . 16
Kličkai Obenb. . . . 28
Komarovi B. Jak. . . 54
komurolensis Obenb. . 75
Korbi Obenb 93
Korbiana Obenb. . . 7
Korshinskii B. Jak. . 18
Kořenskýi Obenb. . 37, 51
Kozlovi B. Jak. . . . 82
Králi Obenb 83
Kulpensis Obenb. . . 6

lapidaria Brullé . . . 56
lateralis Fald. . . . 50
latesulcata B. Jak. . . 53
laticeps B. Jak. . . . 79
laticollis Mann. . . . 53
laticollis A. Ol. . . . 60
Leonhardi Obenb. . . 25
Lia B. Jak. . . . 25, 57
limbifera B. Jak. . . 47
lineigera Obenb. . . 93
litigiosa Mann. . . . 94
lobicollis Mars. . . . 28
longipennis B. Jak. . 83
Lukianoviči Obenb. . . 67
lucidicollis Kraatz. . . 79
luctifica B. Jak. . . 49
luctuosa B. Jak. . . . 49
luristana Kerr. . . . 18
Lutshniki Obenb. . . 71

macra B. Jak. . . . 86
Maga Obenb. 26
magna Cast. & Gory. . 27
maledicta Obenb. . . 31
manca Obenb. . . . 65
Manderstjernai B. Jak. 78
Mannerheimi Throms. . 53
Mannerheimi E. Saund. 53
margellanica Kraatz . 57
Marseuli Kerr. . . . 82
Marseuli E. Ed. . 52, 53
Marseuliana Obenb. . . 82
massagetica Obenb. . . 74
maura B. Jak. . . . 27
Melitta Obenb. . . . 88
memnonia Obenb . . . 79
mendax Mars. . . . 65
microsoma Obenb. . . 79
Minorita Obenb. . . . 16
Minos Obenb. 58
minussina Obenb . . 73

mixta B. Jak. . . . 65
Mnizsechi Mars. . . . 16
modesta B. Jak. . . 27
modificata Obenb. . . 75
moeta B. Jak. . . 71, 77
montana B. Jak. . . . 79
montivaga Obenb. . . 80
morio B. Jak.. . . . 8
morosa B. Jak. . . . 8
Mrázeki Obenb. . . . 18
Mrázi Obenb. . . . 30

Nausicaa Obenb. . . 21
navicula B. Jak. 26, 28, 81
Nereis Obenb. . . . 27
nomadica Obenb. . . 29
nominanda Obenb. . . 18
notata B. Jak. . . 48, 49
Novickii Obenb. . . . 76
nox B. Jak. 25

obliteratostriata
Obenb. 28, 33
obnubila B. Jak. . . 9
obruta Kerr. 55
obscura B. Jak. . . . 54
obscuriventris Mot. . . 75
Ogloblini Obenb. . . 56
olivacea Kraatz. . . . 76
oporina B. Jak. . . . 14
ordubadensis Obenb. . 44
oreobata Obenb. . . . 59
oreophila Obenb. . . 90
oresitropha Obenb. . . 31
orichalcea F. Mor. . . 45
Osiris. Obenb. . . . 60
ostentator Kerr. . . . 84
ottomana Obenb. . . 91

Pallasia Gebler. . . . 50
Pallasia Mars. . . . 53
Pallasia Schoenh. . . 86
Pallasi B. Jak. . . . 86
parachalcea Obenb. . 8, 9
parnassica B. Jak. . . 34
Parsa Obenb. 18
perglabra Obenb. . . 7
pernitens Obenb.. . . 94
Pharao Cast. & Gery 61
pilipes B. Jak . . . 57
plana B. Jak. . . . 57
Pliginskii Obenb. . . 92
poetica Obenb. . . . 35
politipennis Obenb. 12, 23
porrecta B. Jak. . . . 88
prava Kerr. 69
profusa Kerr. . . . 55
prolongata B. Jak. . 37, 41
Prometheus Obenb. . . 9
propinqua Kraatz . . 79
prosternalis B. Jak. . 46
purpureiventris Kraatz 70

quadrata Kerr . . 45, 48
Quercii Leoni. 95
gradrifoveolata Mars. 35, 38
gradristigmosa Obenb. . 35
quadrisulcata Reiche . 55

radicigena Obenb. . 8
Rambouseki Obenb. . . 10
ramosula Obenb. . . 95
Rangnowi Kerr. . . . 22
repetekensis Obenb. . 80
Roborowskyi B. Jak. . 52
Romanovi Obenb. . . 50
rugata Kerr. 35
rugulosa Fald. . . . 8

sajanensis Obenb. . . 14
sarta Obenb. 57
Satrapa Obenb. . . . 32
saxosa Kerr. 90
Schelli Obenb. . . 57, 62
semistriata Pall. . . 8
serripes B. Jak. . . . 56
Shahrudensis Obenb. . 55
sicula B. Jak. . . 24, 88
Sieversi B. Jak. . 37, 44
signaticollis B. Jak. 33, 40
signifera B. Jak. . . 83
Silverstrii Leoni. . . 59
sordida B. Jak. . . . 9
sororella Obenb. . . 74
speciosa B. Jak. . . 7
spectabilis Kraatz. . . 45
spreta B. Jak. . . . 95
stenophthalma B. Jak. . 64
steppensis Obenb. . . 81
Strandi Obenb. . . . 51
Strandiana Obenb. . . 42
strigosa B. Jak. . . . 84
subchalybaea Kerr. . . 5
subcostata Kub. . . . 5
subtilis B. Jak. . . . 12
sulcata Fisch.
Sumakovi Obenb. . . 29
Suvorovi B. Jak. . . 96
Syriae Obenb. . . . 34

Tadjika Obenb. . . . 74
tarbagataica Obenb. . 68
tatarica Obenb. . . . 38
tauricola Obenb. . . 33
tenebricosa B. Jak. . 42
tetrastigma Obenb. . 16
thoracica B. Jak. . . 38
tibialis B Jak. . . . 5
tiflisensis Obenb. . . 69
torrida B. Jak. . . . 45
tragacanthae Klug. . . 40
tristis B. Jak. . . . 47
trisulcata Reiche. . . 55
turkmenica Obenb. . . 44

Uncta Kerr. 77
usta Obenb. 51
uralensis Obenb. . . 72
uralicola Obenb. . . . 75

Varia B. Jak. . . . 18
variolosa Kerr. . . . 95
Vávrai Obenb. . . . 41
vidua B. Jak. 69
violacea B. Jak. . . . 22
viridicoerulea Kraatz . 77
vittaticollis Lucas . . 5

Winkleri Obenb. . . . 51
Winkleriana Obenb. . . 67

Zarathustra Obenb. . 11
Zichyi Csiki. . . . 51, 82
Zobeida Obenb. . . . 36